

de la Comp^{te} de St. de Granada - N-1105BQ

COMMENTA
RIA IN PORPHYRII IS
AGOGEM ET CATEGORIAS
Aristotelis, Autore Ioāne Cātero Doctore Theo
logo, & liberalium artium Compluti pro
fessore atque etiam collega diui
Illesoni: *Non indiget correctione*



COMPLVTI.
Excudebāt Ioānes Villanoua, & Petrus Robles.
Cum Priuilegio Regis. 1566



7651697

7 400 40

de la Comp. de St. de Granada - N-1105 B &

COMMENTA

RIA IN PORPHYRIIS

AGOGEM ET CATEGORIAS

Aristotelis, Autore Ioāne Cātero Doctore Theo

logo, & liberalium artium Compluti pro

fessore atque etiam collega diui

Illesonsi :

Non indiget correctione



COMPLVTI.

Excudebāt Ioānes Villanoua, & Petrus Robles.

Cum Priuilegio Regis. 1566



Don Philipe por la gracia de Dios. Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valécia, de Galizia, de Mallorcias, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iauen, de los algarues, de Algezira, de Gibraltar, Duque de Milan, Conde de Flandes y de Tyrol. &c. Por quanto por parte de vos Iuã Cátero, doctor en sancta theologia, y cathedratico de philosophia, en la vniuersidad de la villa de Alcalá de Henares: nos fue hecha relacion, diziendo, que vos teniades y auia des compuesto vn libro sobre la introducion de Porphyrio, y predicamentos de Aristoteles q̄ hera cosa muy puechosa para entender y praticar la Dialectica de Aristoteles: en lo qual auia des trauajado mucho tiempo, por ende que nos suplicauades os mandásemos dar licencia para le imprimir, y que por tiempo de veynte años otra persona no le pudiesse imprimir ni vender sino vos, o quien vuestro poder ouiese, o que sobre ello proueyésemos como la nuestra merced fuesse: Lo qual visto por los del nuestro consejo, y auiedose hecho en el dicho libro la diligencia q̄ la pragmática por nos agora nueuaméte hecha dispone. Fue acordado q̄ deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon, e nos touimus lo por bien, Y por la presente damos licencia y facultad a qualquiera impresor destos nuestros reynos para que con vuestro poder puedan imprimir el dicho libro sin que por ello caygan ni incurran en pena alguna, y mandamos que despues de impreso no se pueda vender ni vendarse sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el original, que en el fue visto, que va rubricado y firmado al fin del, de Gonzalo de la Vega nuestro escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo, para que se vea si la dicha impresio está conforme al original, y se le de licencia para lo poder vender, y se tase el precio en que se ouiere de vender

der cada volumen, fopena de caer e incurrir en las penas con-
tenidas en la dicha prematuca y leyes de nuestrs reynos. Y
no fagades ende al. Dada en Madrid a siete dias del mes de
Hebrero, Año del Señor de mil y quinientos y sesenta y feys
años.

El Licenciado Diego de Espinosa. El Licenciado Mechaca
El Doctor Diego Gasca. El Licenciado Virbiefca.
El doctor Castejon.

Yo Góçalo de la Vega, escriuano de camara de su Magestad
la fize escreuir por su mandado con acuerdo de los del su
Consejo.

Registrada. Martin de Vergara. Martin de Vergara por
Chanciller.

*JLLVSTRI DOMINO DOMI
no Alfonso de Mēdoça, Complutensis scho
la rectori & conseruatori, Doctor Ioan-
nes Cantero. S.*



*Q*uod M̄ saepe mecum ipse cogitarem illustris
Mendoça huius nostræ florētissimæ scholæ,
rector prudentissimè, quid nostra opera, atq;
diligentia posset efficere, quod tibi gratum a-
cademiæ vero vtile futurum esse videretur, in
mentem venit, proximo superiori anno de cō-
silio patrum viros quosdam qui multarū rerū
vsum, atq; prudentiā collegerant, & varias artes quinimo fere o-
mnia disciplinarum genera tenebant, euocatos fuisse, qui maturo
consilio iacentes artes erigerent operam darent vt producerentur
longius, splēdidiusq; illustrarentur, antiquorum deniq; amplitudi-
ni, atq; dignitati æquarentur, qua in re cū logica, aut iniuria tem-
porum aut scriptorum parua animaduersione plus cæteris labora-
ret, & post rudimenta grāmaticæ prima esset, quæ nisi sincere per-
fectè que tradatur sic adolescentulorum corrumpit ingenia, vt ad
alia perdiscenda hæbetes, atq; imbecilli reddantur, in animū indu-
xeram quæ Aristot. studiosis in Cōplutensi gymnasio interpretatus
fuerā typis vt literis custodirentur mandare: inuidiā tñ virtutis e-
mulā et maleuolorū latratu qui studiosis conatibus soliti sunt sem-
pe resistere vehemēter metuebā quousque diuinū beneficiū quod te
ex illustrissima familia, illustrissimiq; mecenatis nostri Gimenij ex
sorore nepotē huic lyceo collegam dederat nunc rectorem nobis con-
cessit. Ex quo tēpore cum tua eruditione atque sapientia (veluti so-
lis aduētū diffugiū tenebræ sic imperitiæ caligo dēsissima illustrari
incœperit, potentia vero, atque dignitate maleuolorum ora ob-
truderentur, cœpi ego viros illos, quos antea cōmemorauī consulere
attentius audire, & metū quē antea conceperā deponere, animo s

Epistola.

praeterea incipere ut ex multis, quae ex graecis interpretibus dispersa collegerat, exigua haec opus in Porphyrii isagogē, et categorias Aristoteli in lucem edere, tuoque nomini dicarē. In quo praetermissi multa, quae cum alterius essent negotij, exigua frugem, laboris vero atque difficultatis studiosis dialecticæ plurimum allatura esse. Et continuus experimentis et eorum calculus quos haec nostra academia si biconsulatores in hac re adhibuerat deliceram, quid enim per deum immortalē illis, qui paucis ab hinc diebus verborum syntaxim, aliaque id genus sedulo pertractabant, prodesse poterit. Praeceptores audire quae in sunt scientiae naturam praxis, habitus unitatem, et utriusque intellectus operas, subtiliter disputantes: cum ne minimam quidem praesensionem eorum unquam habuerint neque ullius axiomata communes quae omnium de his rebus conceptas opiniones, vel summis, (quod aicēt) labijs degustauerint? habent haec praescripta. certa que loca in hisce, quae Aristotele literis commendauit: habent sui praecognitiones ex quibus traduntur facile excipiuntur cum delectatione percipiuntur dilucide, tenaciterque adhaerent memoriæ. Alia vero, quorum meminit Aristoteli, ita tractauimus, ut cum illius animam intelligentiā verborum argumentorum vires, atque dispositionem partim antiqua graecorum lectione, partim vero nostro labore atque industria interpretati fuisset: sine cuiusquam iniuria repudiuimus, falsa eo que ordine tradidimus vera, ut cum testimonis multorum, firma ratione, et contextu ipso verborum atque orationis Aristoteli, fuissent fulcra, varia abstrusa que, antea atque multis in viis, et in accessis loca declararent, quae omnia, si qua diligentia, atque animo pauca haec a nobis in lucem sunt edita, excipienda esse cognouerimus: commentaria, quae in bonā partē Aristoteli, fecimus maioris, forsam eruditionis atque difficultatis hoc anno Typis mandabimus, neque ob eam rem sic aliis intercludimus aditus, ut siquid minus benedictum fuisse repererint, non equo animo ab eisdem corrigi, doceri que sustineamus. Sin vero inuidia detur audacter, atque impudenter studia nostra dilaniare fuerint agres-

Epistola.

si certo scio cum sit iniquum studiosos retardare conatus atque iniuriam offerre in merenti, tuo presidio maiores me ad alia excutenda concepturum esse animos, et illa si quam commendationē ac laudem fuerint pro merita, etiam si inuidia pugnet ac reluctetur, fore reportatura. Faxit Deus ut tu nobis per longa tempora sis superstes ad eamque dignitatem eueharis, ad quam tuorum maiorum praecleara gloria, tua rara doctrina atque vitae integritas publica omnium, qui tuam istam sinceram animam cognouerunt, acclamatio euocat. Vale.

*In laudem eruditissimi, sapientissimi quę doctoris Joā
nis Canteri, Simonis de Ribera Lusitani.*

Epigramma.

*Poma olim auriferis, fama est, pendentia ramis,
Ubertim Hesperidum progenuisse nemus.*

*Quatamen horribilis cura commissa draconis,
Mortali nunquam tacta fuere manu.*

*Donec magnanimus lustrans Tyrintius orbem,
Attigit impavidè diuitis arua plaga.*

*Qui sauo horrendum prosternens vulnere monstrū,
In lucem illius protulit orbis opes.*

*Non aliter logicā fœcundo pectore promens
magnus Aristoteles, grandia sensa tegit.*

*Quę fulvum exuperant aurum, nitidosq; lapillos,
Quos legit in vitreis decolor Indus aquis:*

*Hactenus illa tamen densis obducta tenebris,
Quę sitam toties non habuere viam.*

*Sed postquam ingenij Canterus acumine fultus
Accessit, patuit semita clausa prius.*

*Nam veluti oceani cū surgit ab equore phœbus,
Omnia caelesti lumine sparsa micant:*

*Sic operā Cantere tuā fugere tenebra,
Et sunt in promptu quę latuere diu.*

Ioannis Cantero Docto-
ris theologi, & professoris philosophiæ, in Com
pluteni gymnasio, commentaria in intro
ductionem Porphyrij ad categorias
Aristotelis.

Caput primum, in quo declaratur, quodnam fue
rit institutum Porphyrij in hoc opere.



V M ego semper in ea fuerim sententia,
vt crederem, non minorem vim ad com
mentaria plene componenda in cognos
cendo vniuscuiusq; philosophi in ijs, quę
mandavit literis instituto latere, quam di
uinus Plato, & post eum Aristoteles, in
disciplinarum principijs ad eas perdis
cendas inesse voluerūt: (quod omnia sint eo referenda, atq; in
tentione autoris, veluti certis ponderibus pensanda: soletq;
pręterea ex sententia Alexandri in libris de priori resolu
tione illud accidere ijs, qui ignorant institutum autoris, quod il
lis vsu euenire contingit, qui viam aliquam ingressi pergūt,
quò vero pergant ignorant.) operę pręteritum me facturum esse
fuit arbitratus, si in principio huius nostrę disputationis (prę
termisissis alijs, quę grauiissimi etiam autores initio prædica
re solent) quodnam fuerit institutum Porphyrij in hoc opere
declararem: vt præfixum intuentes scopum, commodius alia
vniuersa possimus dirigere, & pertractare. Quod si libuerit
loca Aristotelis, ex quibus Porphyrius bonam huius introdu
ctionis

A

ctiois

In Proœmium

tionis partem precario acceperit, diligentius considerare, reperiemus plane, quemadmodum philosophi res vniuersas in decem prima genera, & grammatici infinitam pene multitudinem vocum in octo partes orationis redegerunt. sic etiam porphyrium, prædicata vniuersa, quæ in decem illis primis generibus continentur, ad quinarium numerum certa quadam, & definita methodo voluisse reuocare: vt hac vel mediocriter instructis ita ad categorias Aristotelis, in quibus res vniuersas pro vt vnius cuiusq; natura postulabat, disposuit, pateret aditus, vt non minus quid vnius cuiusq; esset species, quid ve differentia, & quid genus: modum præterea, quo hæc prædicantur, & locum, quæ in categoria tenere debeant cognoscere mus, quam modo ex Aristotele, animal in substantia, lineam in quantitate, in qualitate scientiam, & ex grammaticis animal esse nomen, lego autem verbum, & alias partes orationis cognoscimus, & hoc animo ad genus, speciem, differentiam, proprium & accidens, ita illa omnia reuocauit, & sic vnūquodq; istorum quid esset exposuit, vt nihil aut deesse, aut abundare videatur. Neq; est, quod illi sint nobis molesti, qui vnum prorsus subiectum, non tantum in vna scientia, (hoc enim equo animo pateremur) sed in quocūq; opere, atq; in singulis libris præterue requirunt: cum hoc secundum Aristotelis placita, non semper sit necessarium, vt in libris de physica auscultatione, & meteororum apertissime declarabimus: in quibus non ita ad vnum retulit, quæ in illis operibus explicauit: quamuis id diligentissime faciat, cum querit vnius cuiusq; artis, & scientiæ vnitatem, quinimo in primo libro de principijs, & in secundo, de natura & de causis, atq; de alijs disputauit. verum est tamen, hæc omnia pertinere ad vnum ens naturale, circa quod totius philosophiæ naturalis ratio, atq; pertractatio versatur. Sed & hæc quoq; quæ porphyrius in hoc opere, vt diximus, nobis tradidit, ad genus, circa quod versatur logica,

spe-

Porphyrij.

2

spectabunt. neq; etiam illi placeant, qui sic porphyrium adducunt secundis notionibus, atq; vniuersalibus, vt arbitrentur, nihil posse, vel lato vngue ab hisce discedere: quod quidē, vt paulo post aperiemus, non est, quemadmodum credunt, adeo necessarium.

Res tamen ista si exacte, atq; diligentius inspiciatur, dubitatione non caret. nam si vera sunt, quæ diximus, ad categorias solum, non ad definitiones etiam assignandas, diuisionesq;, atq; demonstrationes conficiendas utilis erit hæc porphyriana tractatio: quod porphyrius sane negaret.

Ens præterea, & accidens, diffinitio, imo & ipsum indiuiduum ex sententia porphyrij habent rationem prædicati, & tamen quinario illo numero non continentur: neq; enim sunt genera, neq; species, neq; aliquod ex his prædicatis, ad quæ porphyrium prædicata omnia diximus, reuocasse. Id tertio insufficienter factum fuisse differentię ostendunt, quæ de se inuicem prædicantur, vt sensitium de rationali, non tamen aliquo eorum modorum quos Porphyrius in hac introductione exposuit. quare ex hisce consequitur, vt sit necessarium alios modos prædicationis constituamus, ad quos, hæc, quæ diximus, & diuersæ rationes priorum, differentiarum speciei infimæ, & subalternæ reducantur. ad hæc etiam Aristoteles in primo libro de locis argumentorum, cum ad certum numerum referret omnia prædicata, neq; tot esse voluit, neq; hæc, quæ porphyrius, ratione enumerauit. quare quæ hinc docet porphyrius neq; reprehensione vacant, neq; dubitatione, neque sunt consona Aristoteli. postremo cum nulla appareat differentia inter prædicabilia, & prædicamenta, quomodo illa sunt quinque, hæc autem decem?

Dominus Soto, atq; alij quærun numerum eorum, quæ diximus ex ratione ipsius prædicationis, ideoque multa diligenter, & docte de prædicatione disputant in hoc loco. nos verò totum

In præcæmium

totum hoc negotium cum Philopono, Ammonio, Eustratio, atq; Aristotele expediemus ex natura eorū, quæ subiiciuntur, & prædicantur: iactis ad eam rem prius quibusdam fundamentis. Sit primū fundamentum, inter ea, quæ prædicantur, quædam secundum naturam, alia vero ex accidenti, aut præter naturā prædicantur (nam cum in rerum natura tantum sint duo, substantia, atq; accidens: aut de substantia, substantia, atq; accidens: aut de accidente accidens, aut substantia poterunt prædicari) substantia superior de inferiori substantia, & sic superius omne de suis inferioribus siue sit substantia, siue accidens secundum naturam prædicatur, ad eundem modum, prædicatur accidens de substantia, vt cum de Socrate homo, aut de homine animal, aut philosophum de Platone, & Aristotele prædicatur: substantia namq; singularia speciebus, species generibus, & quod per se est accidentibus, quemadmodum facile, ex Aristotele, & ex ipsius substantia, & accidentis ratione, poterimus iudicare, eodem quoq; modo superius accidens de inferiori prædicabitur, vt si dicas colorem de albo, imò si velis, res, vt postulat ratio, significare, nõ affirmabis, accidens de accidenti cum dicis, colorem de albo, sed vniuersaliter de particulari prædicari: quia color non accidit albo, quapropter merito secundum naturam hæc omnia dicimus prædicari, inferius vero de superiori, siue sit substantia, siue accidens, præter naturā prædicatur, & ad eundem modum de accidenti substantia: vt de homine Socrates, aut de colorato album, aut de albo homo aut Socrates, præter naturam prædicatur. neq; enim superius inferiori substantia, neq; accidens natura sua substabit substantiæ, si illorū (vt dixi) naturas, atq; rationem eorum, quæ prædicantur, cum Porphyrio in capite de specie inspiciamus: maiora enim de minoribus, aut paria de paribus prædicantur. Cum vero vnū accidens de altero, præter ea, quæ diximus, id est, quando superius de inferiori non prædicatur, siue id fiat in eodem præ-

dica-

Porphyrij, q. 1.

3

dicameto, siue in diuersis, per accidens erit illa prædicatio: quia per substantiam, ac proinde per aliud, quod vocamus per accidens, veluti cum dulce prædicamus de albo, aut de quanto, per mediam substantiam illud facimus. nam de albo prædicamus dulce, quia lac est album, cui dulce accidit, quam obrè dulce videtur accidere albo, quemadmodum in decimo octauo capite primi libri de posteriore resolutione Aristoteles est autor. ea quæ præter naturam, aut ex accidenti prædicantur, in præsentis disputatione missa faciamus, quod non sint illæ prædicationes vocandæ, neq; spectent ad ea, quæ secundum methodum prædicantur, quorum est præsens consideratio. Aliæ verò, quæ sunt per accidens, ad eas debent prædicationes reduci, in quibus accidens de substantia prædicatur, quapropter de ijs quæ prædicantur secundum naturam instituta fuit disputatio à Porphyrio & à nobis etiam propter ea, quæ diximus, instituitur commentatio.

Est alterum fundamentum: quod etiam oportet memoria teneamus: inter ea, quæ secundum naturam dicuntur, quædam in genere, alia verò extra genus prædicantur, quod alijs verbis dicunt transcendentaliter. Extra genus dicitur aliquid prædicari, quando excedit primum genus subiecti, illud, quod prædicatur: quo modo ens de homine, & de vnitatis prædicatur. excedit enim primum genus hominis, atq; vnitatis, in genere autem quando esto sit in plus q̄ subiectū illud, quod prædicatur, semper tamen est in genere, & prædicamento, siue eodem, siue diuerso. hoc modo de ternario impar, & de homine viuens, aut corpus prædicamus. relinquimus etiam ea, quæ sunt extra genus, quemadmodum & alia, quæ præter naturam dicebantur: quod sint extra categorias posita, quarum prædicata, vt diximus, ad methodū reuocamus: tum etiam quod imperfectam eius, de quo dicuntur, figuratiuam demonstrat, sintq; per similia abortui, in quo nondum

A 3 ostendi-

In præcedenti

ostenditur, certa aliqua formatio, aut figuratio: qualis in ipsis primis generibus iam apparet. iam enim substantia distinguit, atque rem ipsam, de qua dicitur, aliquo modo format, & ad certum, atque definitum deducit, ut ab alio possit separari ab eodem quæ, quod est accidens, quantitas, aut qualitas, aut relatio, idem iudicium est de quantitate, atque alijs, quod non reperiemus in ente, accidente, atque alijs, quæ extra genus prædicantur. hæc enim non possunt res alias, de quibus dicuntur aliquo modo scernere, quemadmodum alia faciunt à quo enim segregabit ens? aut quomodo accidens discernet lineam, scientiam, atque album? de ijs ergo prædicatis est tota huius libelli disputatio, quæ non continentur in aliquo genere, secundum naturam prædicantur, de quibus cum nostro Porphyrio sic statuo, tantum sunt quinque ea omnia, quæ prædicantur: genus, inquam, species, differentia, proprium, & accidens. Probatum tot sunt, & non plura prædicata, quod de prima substantia, & individuis possunt prædicari: cum prima substantia, ut Aristoteles docuit in prædicamento substantia, & in primo libro de posteriori resolutione, in decimo octavo capite, ut nomen ipsum declarat, omnibus subiicitur, sed tantum sunt quinque, ut idem Aristoteles docet, quæ de prima substantia possunt prædicari. nam aut substantiam significabunt illa, aut accidens. si substantiam, aut dicuntur in quid, aut in quale, si in quid, aut non solum de ijs quæ numero differunt, sed de ijs etiam quæ specie separantur, & tunc erit genus, illud prædicatum. Si verò de ijs, quæ tantum numero separantur, in quid prædicatur, species est, & vocatur. Si in quale quid, differentia. Si verò significauerint accidens: aut proprium erit, aut commune accidens: neque est aliquid aliud prædicatum, quod possit significare aliud, aut inducere aliam rationem prædicati, modo ut diximus pertineat ad artem. Hoc idem alij probarunt sumpta similitudine

Porphyrij.

dine à composito naturali, in quo ipsum totum, materiam & formam, accidentia propria, & communia consideramus. à toto sumitur species: à materia, quemadmodum exponemus, genus: differentia à forma & perfectione: alia erunt proprium, & commune accidens: quamobrem solum iam superest, ut argumentis satisfaciamus.

In primo; in genere fatebimur, hoc opus, ea de causa præcipue à Porphyrio fuisse compositum: negamus tamen ob eam rem, præsentem disputationem non posse conducere ad alia, utpote quod ex primis generibus, sine hoc, quod ab ea in infinitum, debeamus accipere ea omnia quibus constat definitio, demonstratio, atque diuisio. Respondemus secundo argumento: de ijs, quæ sunt extra genus, ob eas res quas diximus, Porphyrium non disputasse, de individuo proprio, atque differentia, in proprijs locis, etiam quæ huic dubio satisfaciat, erit disputatio: de definitione autem pauca quædam dicamus: primo quod modus, quo definitio de eo, quod definitur, aut de alijs dicitur, non est huius artis, in qua Porphyrius ea solum, quæ sine complexione dicuntur, suntque in prædicamentis posita, explicuit. definitio verò ex genere, & differentia est composita & cum complexione dicitur. Quod si nobis obijcias, definitionem non re, sed voce solum dici, cum complexione, quia vnum est, & non multa, animal, gressibile bipes, quemadmodum inquit Aristoteles in primo libro de interpretatione, & in octavo libro prima Philosophiæ, quod etiam posses probare ratione, quia animal rationale mortale est idem cum homine, imò quod amplius est, in definito, & definitione est idem modus compositionis, ex actu enim & propria potentia utrunque componitur, quæobrem eodem modo erunt idem, & eadem complexione, sicut sunt eadem partes, & idem modus compositionis. respondemus definitionem esse complexam re & voce: quia Aristoteles docet quo pacto de

definitionem debeamus componere. & licet eandem rem significet definitum cum definitione, non tamen eodem modo: nam diuidendo in partes definitio significat, & quæ in definitione erant inuoluta manifestissimè euoluit, qui modus definitio nõ conuenit: ob eamq; rem diuersa est ratio complexionis in definito, & definitione; hæc enim propter eam, quæ diximus, complexa est re & uoce, de qua re fusior fortasse erit sermo in octauo libro primæ philosophiæ: & in ante prædicamentis faciemus mentionem huius complexionis: In alio argumento, quod sumptum fuerat ex topicis animaduertamus oportet, diuersam esse illi eam, quæ est de prædicatis tractationem, quod species sit primum subiectum, de qua in arte topica tantum quatuor prædicantur (differentia nanque cum sit generalis, cum genere ordinatur) quæ ob eam rem alio modo quaruntur, & ordinantur. hæc uero ut diximus, unum numero, & indiuiduum est primum subiectum de quo, ut fuit à nobis probatum, plura, quam quatuor prædicantur: cum species, quæ est illi primum subiectum, in hoc loco sit prædicatum. Aliud argumentum, quod adduci solet, prædicamenta sunt decem, ergo & prædicabilia, nullam vim habet: est enim dispar consideratio in prædicamentis nanque Aristoteles res uniuersas refert ad decem ordines, hæc uero Porphyrius nõ reducit res in ordines, sed res in modos prædicatiõis, qui quidem sunt pauciores. sunt enim duo, substantia, & accidens, sed eodem modo utraq; prædicatur de suis inferioribus.

¶ Caput secundum, in quo proœmium Porphyrij explicatur.

Cum




V. M. sit necessarium &c. Porphyrius in hoc capite, (quod dicendi magistri semper obseruarunt.) utilitate, facilitate, & modo ipsius disputationis propositio, attentum, & docilem facit lectorem. attentum quidem, dum ipsius rei, de qua futura est disputatio, necessitatem, & utilitatè his uerbis proponit.

Translatio Ioannis Argyropyli.

PROLOGVS.

*C*um necessarium sit, Chrysaori, & ad Aristotelis prædicamentorum doctrinam, quidnã genus, quid differetia, quid species, quid propriũ, & quid accidens sit cognoscere: cuiq; & ad definitiones etiã assignandas, ac omninõ ad diuisiones demonstrationesq; conficiendas, utilis horum sit contemplatio.

Necessaria est primo huiusmodi methodus ad categorias Aristotelis, quod in ipsis res omnes certo quodã ordine sint disposita, ita ut genera teneant superiore locum, indiuidua inferiorem, species uero & subiectur generibus, & de indiuiduis prædicentur, quæ nos aut costituere, aut ab alijs constituta intelligere nõ possumus, nisi prius teneamus rationes generis, differetie, atq; aliorũ: ex quibus deprehendamus, quid cuiusq; sit genus, quid species, quid differentia, ut unũquodque debite in suo loco ponatur: ex ratioe enim generis animal esse hominis genus cognoscimus: ac proinde debere esse in superiori loco. ad eundem modũ est sentiendum de uiuente, & de corpore, atque de alijs omnibus, quæ in cate-



gorijs cōtinentur. erit secundo necessariū hęc eadem cognosce ad categorias Aristo. quod sint in eis quædā loca, quæ non possunt facile intelligi sine eorū, quæ diximus, cognitiōe: quale est illud: *diuersorum generū, & non subalternatiu positōrū, diuersæ sunt specie differentiæ. et illud: secundæ substantiæ sunt species & genera.* &c.

Est præterea admodū necessarium, hęc eadem nosse ad assignandas diffinitiones. quia cū tātum sint duę definiēdi rationes (vt omittamus definitionem nominis) vna, genere, & differentia: altera subiecto genere & proprio cōstat, quę sine generis, & aliorū cognitione, nō solum nō inuenire, sed neque inuestigare possumus. quā obrem in hoc eodē libello asfirmavit Boetius: præter genera, species, & differentiā diffinitionis, doctrinā tractari nō posse. Quod si nobis objicias, genus nō esse necessariū definitionibus assignādis: quod nō semper à genere ipsa definiēdi ratio trahatur, vt in primis generibus, & aliquādo in proprijs affectionibus apparet: imō ex eis, quę diximus, nō sunt cōmunia accidentia necessaria, neque species ipsa, cū neque debeāt, neque possint in definitionibus collocari. respōdemus, necessariū quidē esse vt cognoscamus genus in vniuersum, supremū in quā, & subalternum, primū atque proximum vt intelligamus, quod, & quādo est querendū genus: nā in primis generibus, nō est querendū, quia supra se nō habēt genus, quē admodū Porphy. docet in capite de specie species etiā est cognoscēda, ne cum definiatur ipsa, in diffinitione ponatur. est enim sicuti cōmunia accidentia reiicienda, ob eāque rein oportet, illa omnia cognoscere, ne aut à nobis, aut ab alijs. patiamur in definitionibus collocari. Necessariū est tertio, hęc eadē cognoscere ad diuisiones cōficiēdas, vt intelligamus, quę nā sunt illa, quę possunt diuidi, & per quas differentiæ, quod Porphyrius in capite de differentiā nos docuit. in species nāque per differentias específicas diuidēda sunt genera: ne cū hermagora in diuisioni

diuisionibus abentemus, qui species in genera, cōtra quod facere oportet, diuidebat. neque est quod se ipsos discruciet interpretes querendo causas, quibus Porphyrius fuit motus, vt definitionem poneret ante diuisionē. hoc enim hoc in loco aut obseruare, aut cognoscere, nō est necessarium: secus si de hac vna re exp. profello fieret sermo. est postremo multis nominibus necessariū, hęc eadē cognoscere in cōficiendis demonstrationibus. nā quā ratione sine definitione, quā sine genere, & differentiā, & alijs quę modo exponimus, ignorabimus, faciemus demonstratiōem? Secundo, si propria non cognoueris, neque intelliges eā, quę per demonstrationem debes ostendere, neque vnquā in demonstrando finem reperies.

Brevius enitar tibi ea, quæ apud maiores nostros de his ipsis sunt, tradere, quasi ingressum quendam tibi ad hæc omnia demonstrando. Atque altioribus quidem questionibus abstinere: faciliores autem sic afferam, qualiter nunc quidē tibi accommodatas esse coniecto. Protinus igitur genera quidem, & species in rerum natura sint necne, an in solis iudicijs conceptibus collocetur: & si corpora sint an expertia corporis: & utrū separabilia sint, an in ipsis sensibilibus rebus et circa eas subsistant, dicere nunc omittā: quippe cū altissima sit talis tractatio, & alia maiore indigeat perscrutatione. Vt de ipsis verò ceterisq; propositis magis differendi modo veteres, horumq; maxime Peripatetici tractauerunt, recensere nunc atque ostendere tibi conabor.

MA E. C. est secunda pars huius capituli, in qua proposita facilitate, & modo huius disputationis reddit auditorē docile. est enim disputaturus modo introductorio, qui habet quinque conditiones, quarum Porphyrius tacite meminit in hoc eodem loco. Primo namque debet ea continere, quæ cum sint discipline communia, iuuēt ad futuram disputationem. communia etenim sunt nobis notiora, & passim in ipsa disputatione se offerunt, quapropter in introductione, quæ est veluti vestibulum totius disputationis, continentur oportet. In prima parte huius capituli fecit Porphyrius mentionem huius conditionis, dum necessitate eorum, quæ traditurus erat, proponeret. continent namque communem quandam tractationem eorum, quæ sunt necessaria, ut diximus, ad categorias, definitiones, divisiones, atque demonstrationes. Secundo debet ad eundem modum differre, difficiles, atque arduas quaestiones in aliud tempus, quod sit magis idoneum. nam si in tempestiue ingerantur, solent perturbare lectorem, quod ab introductione longe est alienum, cum sit veluti manu ductio tironum, huius rei causa Porphyrius subdidit, *atque ab alioribus quidem quaestionibus abstinēs &c.* Tertio ne fiat pigri, & desides auditores, aut ne quis putet eas præterisse præceptores propter illarum ignorantiam, oportet facere mentionem illarum. quod præceptum etiam reperimus à Porphyrio obseruatum cum ait, *mox de generibus & speciebus etc.* debet quarto reexplicare per definitiones, & alia præcepta, quæ et sint faciliora, & secundum placita communia philosophorum. quam obrem Porphyrius dixit, *retabo ea, quæ ab antiquis dicta sunt aggredis.* et infine capituli, *quæadmodum de his, ac de propositis antiqui magis probabiliter tractauerunt, & horum maxime peripatetici tibi tenabo monstrare.* debet postremo esse breuis. in quo mirum est quantum hoc tempore aberrem, & quæ facile prætergrediamur has leges introductionis, etiam quæ Porphyrius in hac re sequitur præceptorem. quæ in hoc loco de illa dictione necessarium, et de secta, quam Porphyrius in sequitur obijci solent, parum, aut nihil habet dubitationis. est. n. tractatio

vtilis:

vtilis: illa vero cognoscere necessarium, neque ob eam rem diminutus fuit Aristoteles, qui nihil prætermisit eorum, quæ in categorijs continentur: ante categorias vero, præter illa de equiuocis, vniuocis, & denominatiuis, &c. nihil voluit tradere: colliges tamen hæc omnia ex topicis, & ex libris primæ philosophiæ: ex quibus Porphyrius hæc eadem fuit mutuatus, nam Aristotelem sequitur, non Academicos, aut Platonem, quemadmodum nobis significauit in quarto capite huius introductionis: cum rationem redderet secundum quam differentia continentur in genere. addidit etiam in hoc loco, maxime peripatetici, quæ in hac parte omnem adimunt dubitationem.

¶ Caput tertium, in quo intelligentia illarum quaestionum quas Porphyrius distulit, & variorum philosophorum sententiæ, quatenus huic instituto inferuire possunt declarantur.



IM igitur ut intelligamus propter ea, quæ diximus, quisnam fuerit veterum philosophorum de generibus, & de speciebus intellectus, & quæ etiam philosophandi ratio, oportet in primis animaduertamus, non tantum dialecticos, sed etiam naturales, & primos philosophos huiusmodi quaestiones pertractasse: nam primi philosophi, emanationes rerum à prima causa indagantes, ideas atque species rerum sunt contemplati: dialectici vero dum quaerunt quomodo res debeant subijci, & prædicari: verum tamen sicut autores fuerunt diuersi, sic etiam & modus, quo, illa quæ de generibus, & speciebus Porphyrius distulit, declarantur. nam illi propter sententiam Platonis, cum quaeritur sint ne species, & genera ante multa in ipsis rebus, an vero sint solum in animo, sic explicarunt, an primus artifex cum res

vniuer-

vniuersas conderet, haberet aliqua exemplaria per se subsistētia, quę dum res singulas produceret, intueretur? Eset ne ante particulares homines, vnus per se ab omni materia separatus homo, quem deus inspiceret, dum alios faceret: an vero homo ille communis Socrati, atq; Platoni, in animo tantum, atq; in intellectu reperiat? rem hanc declarant exēplo quodam regij annuli, an quemadmodum si quis habeat regis annulū, & postea tabellas cereas eo annulo cōprimat, quas deinde mēte, & cogitatione intueatur, qua ratione sunt omnes factę cōprimente vno atq; eodem annulo, cuius efigiem habent. ante tabellas ille annulū diceret, & simulacrum eius in multis, quod vero postea animo retinet, & in quo omnes illę tabellę conueniunt post multa, atque in animo tantum, sic in productione rerum dixerunt esse philosophandum: fuerit ne ante particulares homines, homo aliquis, qui illorum fuerit exemplar, & fuerit ante multa, veluti annulus, an verò in diuersis hominibus sit ille homo diuisus, ita vt in rebus non sit homo, qui sit re ipsa separatus à Socrate, & Platone, sed sit cum ipsis diuisus, & multiplicatus, & siquid debeat esse commune, sit tantum in animo. & in hunc modum explicarunt primam quęstionem, cuius Porphyrius fecit in hoc loco mentionē. Quæri posset deinde secundo, num huiusmodi vniuersalia, essent corporea, an sine corpore: si corporea, querebant tertio, essent ne posita in sensibilibus, an vero solum subsisterent circa ea. hæc eadem alio modo quęrunt dialectici, an species, & genus, id est, ea quę de pluribus prædicamus, sint in rerum natura, an vero sint solum vt hippocentaurus in animo, qui est quando esse intelligitur, neq; habet aliud esse, quam sic intelligi: esto sit equus in natura, & centaurus etiam. appositione exemplorum res fiet manifestior. an præter Socratem, & Platonem, quos esse videmus, sit communis homo qui prædicatur, & sit species, an vero commune illud, quod de Socra-

te & Platone prædicamus, sit tantum in animo sicuti Antisthenes arbitratur, qui Socratem dicebat, video: hominem vero, aut humanitatem non video, quamuis quilibet sit homo particularis, sicuti equus est in natura, & centaurus, non tamen hippocentaurus. deinde vero si ipsa sint in rerum natura, eodem modo secundo, & tertio quęrunt, an sint corporea, an expertia corporis, an in singularibus, an vero circa ea tantum, & in hunc modum intelligentiam illarum quæstionum explicarunt.

Secundo est etiam considerandum, varias fuisse de hac re philosophorum sententias: nam Cratylus in primis, & heraclitus præter singularia, quę sensu percipiebant, alia esse negarunt: ob eamque rem substulerunt scientias, quemadmodum Aristoteles in prima philosophia testatur. quibus rebus commotus Socrates se totum ad moralem philosophiam transtulit, vbi de bono, & de honesto: non de hoc, aut de illo bono cœpit disputare. Plato autem principio vt Alexandri aphrodisiensis ex Aristotele refert, consensit cum Cratylō, & Heraclito, motus tamen deinde autoritate Socratis, qui de bono, vt diximus, disputauit: persuasus præterea quibusdam argumentis dialecticis, affirmauit esse ideas quasdam, & formas ante rem subsistentes, quę erant separatæ ab ipsis singularibus. Quinimo fuit arbitratus, naturam ipsam formam esse, eiusmodi tamen, vt cum esset a corporibus inseparabilis, per vniuersa corpora permearet, atque intus posita, naturalia omnia regeret & gubernaret. ideas vero veluti quid diuinius, & mentis diuinę exemplaria extra ipsa corpora, quod nimis excelleret, cōsistere aiebat: idq; pluribus argumentis, quę nos breuitatis causa ad quinque capita reduximus, probauit. ex scientijs primo in hunc modum collige-

In præniūm

colligebat. sunt illæ res, de quibus sunt scientiæ, ne frustra appetitum, atq; animi propensionem ad scientias hominibus data fuisse admittamus, non sunt singulares: harum enim est incerta cognitio, quia vicissitudinibus sunt obnoxia, & mutantur, ergo sunt aliæ perpetuæ, & vniuersales, qualis debet esse ea cognitio, quam scientiam vocamus. quod si nobis dederis scientias esse de vniuersalibus tantum, quæ iam sunt contracta, & facta hæc in rebus singularibus, hoc proculdubio ob eandem causam est falsum, quia huiusmodi vniuersalia, quæ sunt contracta in singularibus, his omnibus modis, quibus singularia ipsa, mutantur. nam & intereunt & generantur, quam obrem in scientia esset eodem modo mutatio. Secundo ex diuisione, definitione, atq; demonstratione eodem quoque pacto argumentabatur, oportet sint ea, quæ diuiduntur, definiuntur, & demonstrantur, ne huiusmodi instrumentis scientiarum decipiamur, sed quod diuiditur, definitur, & demonstratur, est vniuersale: quia communia nomina in diuisionibus, definitionibus atq; in demonstrationibus collocamus. erunt ergo vniuersalia, quæ definimus, demonstramus, & diuidimus, ne, sicuti diximus, decipiamur. Tertio ex prædicatione hoc idem Plato probauit, cum de Socrate, inquit, & Plato ne dicitur homo, non est ille, qui est contractus in Socrate, & factus iam hic & singularis. enim voce tantum esset commune prædicatum, re vero esset singulare, imo esset idætica, & nõ formalis prædicatio: quare oportet sit alius communis homo qui sit vnus in pluribus, atq; ob eam rem vniuersalis: nam hominem perse, non contractum, neq; illo modo, quo est in intellectu prædicamus, cum dicimus Socratem, & Platonem habere commune hominis prædicatum, quam obrem eodem modo debet esse perse, & separatus. Quarto, ex modo intelligendi hoc idem sibi persuasit, arbitratus, quia cum intelligimus hominem, non intelligimus singulare: quia sublatis è medio hominibus

Porphyrj

9

minibus singularibus, eadem intelligentia manet, esse alium hominem vniuersalem, & separatum a singularibus, quia res eodem modo in natura esse debet, quo in intellectu, alias hippocentaurus, & monstra fingeremus, hominem & equum intelligendo. possemus nos hoc idem consensu ipsorum hominum, & communi omnium colloquutione confirmare, quo genera, & species in rerum natura esse fatemur, dum hanc herbam nasci in alio horto, & hoc animal esse frequens in india concedimus. quibus omnibus commotus Plato respondere de prima quæstione rogatus, vniuersalia esse in rebus, & non tantum in animo. licet Cratylus, & Heraclitus hoc idem negarent: quia id omne, quod est, erat factum, ac proinde singulare, sicuti sensu ipso percipiebamus. Sententia Aristotelis declarata fuit ab eodem in multis locis, apertissime tamen, meo quidem iudicio, in primo libro de posteriori resolutione, dum disputaret de vniuersali demonstratione, & particulari. fateatur enim eo loco, non esse inania illa nomina animal, homo, genus, species, vniuersale, sicuti neq; illa, Socrates, Plato, singulare, particulare. sunt enim naturæ quædam, quæ illis nominibus significantur, ratione solum ab ipsis singularibus diuersa, & quæ re vera, ab eisdem non possunt separari. (quæ nostrates vocant vniuersalia fundametaliter) sicuti dicimus accidentia definitione differre à substantia, ab eadem tamen natura sua, nequeunt separari, ita vt perse consistant. Huiusmodi naturas communes, & vniuersales, quarum sunt scientiæ, definitiones, atq; demonstrationes, probant illa argumenta, quæ fecit Plato, vt Alexander Aphrodisiensis ex Aristotele in prima philosophia refert. non tamen conficiunt, quod Plato voluit, neq; enim probant vniuersalia illa esse separata, aut posse re ipsa, ita vt perse existant, separari à singularibus, quemadmodum Aristoteles in prima philosophia multis demonstrauit. ex quibus nos vnum, aut alterum afferemus,

B

nc

In proœmium

modi vniuersalia non re, sed ratione solum fecernuntur à singularibus. ex quo habes, qua de causa omnia, quæ existunt sint singularia, & quod in ipsis sunt communes rationes rerum, licet contracte. habes etiam tertio, Aristotelem vniuersalia Platonis, & non alia negasse. Lege Aristotelem in primo libro de interpretatione, in libris de demonstratione, & in primo libro de anima: nam passim reperies hoc argumentum in his locis, & in libris primæ philosophiæ, in quibus locis sunt varia nomina, & variæ appellationes istorum: nam aliquando Aristoteles appellat post multa, post genita notionalia, & notiones, quod sint in animo solum per intellectum facta, & separata. Platonem vero alijs vocibus appellauit: nam modo vocat ideas, & formas, modo vero exemplaria, vniuersa, & vniuersalia, ipsi hominem, ipsi animal, & ipsi ens: ideas, atque exemplaria, quod in mente summi illius artificis essent, ut alia quædam in materia similia faceret. vniuersa verò, atque vniuersalia quod vnaquæq; istarum formarum, cum vna esset, haberet multa corporea, & materialia, quæ participatio ne ipsius essent talia. ipsi homo & ipsi ens dicebantur quod ex proprijs essentialiter essent homo, & ens, & non participatione alterius ideæ, quemadmodum erant singularia. Ad hæc etiam Plato, & Aristoteles huiusmodi vniuersalia totum vocarunt, differenter tamen: nam Plato voluit esse & dici totum ante rem, & ante partes, quemadmodum in principio huius capituli declarauimus. Aristoteles verò post singularia, quæ quodammodo faciebat huius totius partes, totum post rem, totum ex partibus, & non ante partes vocabat.

Est tamen aliud inuestigandum, ut hisce quæstionibus finem aliqua ex parte imponamus: esto iam hæc naturæ, quas diximus, sint in rebus sicuti argumenta Platonis probabant, non tamen sint à singularibus nisi sola ratione separata, neque aliud esse reale habeant, quam esse illorum singularium, in quibus

Porphyrj.

II

bus sunt facta hæc, & singulares (neque enim aliud cõficiebatur argumenta, quemadmodum fuimus interpretati,) quo modo res hæc se habent, ad hoc, quod prædicentur, & sibi iiciantur, ad hoc quod sint species, & genera? an ad eam rem aliquid obtineant ante omnem actionem, ipsius intellectus, an verò illud totum habeant ab ipso intellectu. qua in re ex d. Thoma erit considerandum, tribus modis huiusmodi entia posse à nobis considerari: Vno, secundum essentiam, & ea, quæ intrinsicè habent. Alio modo, secundum quod existit huiusmodi essentia siue sit subiectiua, siue etiam obiectiua illa existentia (sic enim libet appellare) secundum inquam, quod sunt in rebus, aut secundum quod sunt in ipso intellectu. Ad hæc etiam tertio hæc possunt, aut uti partes, aut uti totum significari: humanitas namque uti forma significatur, homo vero uti suppositum, & id, quod humanitatem habet uti partes nequeunt secundum præsentem considerationem prædicari: ob eam que rem neque sunt apta, ut sint species, aut genera: bene tamen principia generum, atque specierum: neque enim humanitas de pluribus, quæ numero differant, prædicatur. si verò considerentur, ut his nominibus homo, animal significantur: prima quidem consideratione, quæ est secundum eam, quam habent essentiam, tantum habent prædicata quidditatiua, atque essentialia. homo enim est animal, viuens, substantia, rationalis, & tunc temporis licet sint essentiæ reales, nullam tamen existentiam habeant. neque ea consideratione homo dicitur species, aut vniuersale, nisi tantum per accidens. hæc enim atque alia huiusmodi prædicata intentionalia, neque rebus huiusmodi perse conueniunt, neque repugnare videntur: licet dicant aliqui res per se habere ad hæc omnia non repugnantiam: de qua re nolumus disputare in præsentiarum, quia ad institutum nostrum non multum attinet. Veruntamen alia ratione, qua secundum quod

sunt in nostro intellectu considerantur, iam habent huiusmodi prædicata, sunt enim species & genera non sua natura, sed actione intellectus solum, sicuti Aristoteles in primo libro de anima nobis videtur significasse, vniuersale animal, aut nihil est; aut posterius est. & sic omne, quod de pluribus prædicatur. & hæc est communis sententia peripateticorum omnium contra Platonem. Alia verò accidentia habent hæc eadem naturæ, quatenus sunt in particularibus: quod sit nanq; homo albus, q̄ sit grammaticus, habet quatenus in Socrate, & Platone; alijsque singularibus est contractus, quemadmodum Aristoteles docet in capite de substantia.

Solet tamen esse dimicatio, cuius nam intellectus actione fiant res illæ communes, atque vniuersales? quod in præfenti consultò missum faciemus, quod nobis satis, superque semper visum fuerit, hæc, quæ diximus, declarasse. nam modo sit apud dialecticum constitutum, quid res illæ suæ naturæ habeant, quid præterea, quatenus existunt coniunctæ cum singularibus, aut quia ratione relucet in nostro intellectu obiectiue: parum refert, fiant ne communes, atque vniuersales actione intellectus agentis, quæ abstractio dicitur: an verò actione alterius, hoc est possibilis, siue illa sit comparatio, siue ali quid aliud, quæ modò, cum vtriusque intellectus naturam, atque actiones non habeamus perspectas, non possunt commode declarari, quousque ad illa perueniamus? Illud tamen expediet considerasse, modum inquam illum, quò natura in nostro intellectu est communis, & vniuersalis duobus modis posse accipi: Vno, ita vt sit tantum rei intellectæ conditio: hoc modo naturas omnes quæ ad aliquas scientias pertinent absque vlla differentia quæteris in suis simulacris relucet, talis modus consequitur. & sic scientiæ omnes sunt de vniuersalibus, hoc est de rebus à materia sensibili, & singulari separatis: illa tamen con-

ditio

ditio à scientiâ non consideratur: vt pote quæ essentiam obiecti vniuersumque scientiæ nondum ingrediatur. Alio modo solet conditio illa intelligi, & veluti quid formale considerari, quò modò ad solum logicum attinet. aliorum ergo obiectorum conditio est intra obiectum huius artis, quam logicam appellamus: & non est tantum conditio, quemadmodum in alijs. Et si hoc modo ea, quæ diximus, benè atque diligenter inspiciamus, intelligemus facillè quò modo logica, & quò modo aliæ scientiæ differant de vniuersalibus, & quò modo hæc in re debeant separari. fortasse in ante prædicamentis attingemus aliqua, quæ pertineant ad explanationem vniuersalis: modò ad alia quæ magis pertinent ad hanc rem, gradum faciamus: nedum intelligentiam eorum, quæ Porphyrius distulit, interpretamur, rem vniuersam videamur pertractasse. illud tamen oportet postremo magna cura, atque diligentia animaduertamus, quia de prima & secunda intentione debemus in multis locis huius operis atque artis verba facere, quid vtriusque nomine intelligamus. Prima intentio dicitur res, siue perse, siue secundum suam naturam, atque naturales, & reales affectiones sit intellecta vt homo, animal, album, siue conceptus hominis, animalis, atque albi. at verò secunda intentio est respectu ille, aut modus quæ primæ intentioni tribuit intellectus, veluti modus ille, quò homo intelligitur in pluribus, quæ numero differunt, modus aut ratio subiecti, & prædicati. nã quod animal sit sensitiuum habet suam naturam: quod sit album, per accidens vtrunque tamen primè intentionaliter: q̄ verò sit subiectum, quod sit prædicatum, quod sit in pluribus, quæ specie differunt, ab intellectu habet, & secunde intentionaliter. Vocatur ergo secunda intentio ille respectus, seu illa habitudo per intellectum, seu res illo modo cognita, & non tantum secundum esse reale vt alij voluerunt. neque est in potestate


B 4

in-

In prooemium

intellectus quancunque secundam intentionem, cum quacun- que prima intentione coniungere, & copulare, sed cum ea duntaxat, cum qua non videtur, posse pugnare. exempli cau- sa, non potest intellectus secundam intentionem speciei, hoc est habitudinem, & vniformem rationem ad plura, quæ nu- mero differant, tribuere Socrati: quia cum sit indiuiduum, nequit vere in pluribus considerari. ad eundem modum cū homines, quatenus tales, specie non differant, non poterit ve- re tribuere homini secundam intentionem generis, nam hæc, vt diximus, habent fundamentum in rebus, iuxta quod de- bent hoc, aut illo modo subijci, & prædicari, & habere alia o- mnia intentionalia.

¶ Caput quartum, in quo de genere est nobis explicandum.



C M sit pulcherrimum, in rebus omni- bus rectam dispositionem tenere atque ordinem, & in disputationibus id expe- diat maxime: operæ precium me factu- rum sum arbitratus, si prius in hoc argu- mento declararem ordinem, quem Por- phyrius tenuit in hac disputatione: dein de verò quid senserit idem autor de singulis prædicatis. Sit igitur ea prima dubitatio, quam veteres expositores in hoc eodem loco pertractarunt, Cur inquam Porphyrius hæc disputationem potius à genere, quàm ab alio prædicato in- choauit? quod ea de causa factum fuisse, omnes sunt arbi- trati, quòd sint ant eponenda ea prædicata, quæ rei essentiam declarant, (est enim hæc introductio ad prædicamenta, in quibus

De genere.

13

quibus primo consideratur ordo essentialis) inter quæ, cum genus sit communius, atque vniuersalius, vtpote quod plura quàm species, aut differentia contineat, & de pluribus quàm hæc, quæ modo diximus prædicetur, ab eodem ex præcepto Aristoteles fuit inchoandum. Quòd si nobis obijcias, diffe- rentiam de ijs, quæ forma, & specie differunt prædicari, ob eamque rem par esse cum genere prædicatum. negamus diffe- rentiam in vniuersum æqualiter cum genere prædicari: nam licet hoc contingat aliquando, vt in sensitivo, & anima- li, & in alijs differentijs, quæ cum eo, quòd constituunt ge- nere, comparantur (licet non ipsam quæ est genus, sed quæ est species constituent) non tamen id accidit, si differentiam in vniuersum cum genere conferamus, nam primum genus de pluribus, quàm differentia quæuis prædicatur: ac proinde à toto genere, genus est vniuersalius. aut secundo hoc, quòd modò querimus, ea ratione fuit factum, quia genus est prius quàm species aut differentia: cum illius ita sit pars, vt præia- ceat ad hoc, quòd differentia fiant actu, quemadmodum idè Porphyrius in capite de communibus, & proprijs istorum prædicatorum est autor. nam esto sit ad speciem, adhuc ta- men prius est ea natura, quæ est generis fundamentum, quàm sit ea, quam damus speciei, atque differentia, ratione qua- rum debent prædicationes fieri, & per quas, naturæ istorum prædicatorum declarantur. & hæc potuerunt esse in causa vt prius explicaretur genus, quàm differentia. nec enim per- fectionem in præsentiarum consideramus, quæ proculdu- bio maior est in differentia, & specie, quàm sit in genere, quemadmodum in progressu huius disputationis mani- festabimus.

B 5 De

DE GENERE

Videntur itaq; neque genus, neque species dici simpliciter. Dicitur enim genus, & aliquorum hominum aggregatio, qui quidem ad eundem quippiam, & inter se habent respectum, qua significatione Herachidarum dicitur genus: quod quidem ex respectu, qui est ab uno, id est, Hercule, & multitudine eorum qui inter se eam habent, conjunctionem, qua ab illo proflexu, sic est nuncupatum, ut ab alijs generibus sit seunctum.

ROrphyrius uniuersam, qua est de genere, tractationem, in tres partes distribuit: in prima, eas nominis significationes, qua ad re faciunt explicat. In secunda definit illud significatum generis, de quo est instituenda disputatio in praesentiarum. In tertia vero, unico syllogismo probat vere fuisse assignatam descriptionem generis. Principio igitur declarat tres intellectus huius nominis genus: In primo ponit tres condiciones, quibus ipsum fecerit a duobus alijs si significatis: quod sit collectio, quod ab vno sumat principium, quod inter se, & ad illud vnum, a quo initium sumpserunt, eam habeant secundum leges, atque institutum vite, affe-

affectionem cognationis, qua possint ab alijs omnibus separari, quo modo dicimus heraclidarum genus: sunt enim plures, ac proinde collectio, ab vno praeterea hercule genus duxerunt. & tertio societate vite, & cognationis eam cum munitionem inter se retinent, ut a tantaliis, atque alijs, hac vna ratione optime distinguantur. Quod si horum quidpiam defuerit, proprie non dicitur genus, sed societas, aut conubium.

Dicitur & alio modo genus omniuisque principium ortus, tam ab eo qui genuit, quam a loco in quo est quispiam ortus. Sic enim Orestem quidem a Tantalio, Hilum autem ab Hercule dicimus genus habere. & rursus Pindarum quidem Thebanum genere, Platonem autem Atheniensem dicimus esse: patria namq; principium est generationis cuiusq; perinde ac pater.

Dicitur & secundo modo genus, quod est principium generationis cuiusque, qua significatio ne vnus ad vnum, & non plurium dicit habitudinem, qua involuit aliquo pacto quandam affectionem causa, quo modo affirmamus vnum ab altero genus ducere, id est, originem trahere, siue trahat a patre, siue a patria, siue etiam a matre. (est enim in patria vis quaedam generationis.) qua omnia vt facilius intelligamus, debemus considerare, quatuor modis inter aliqua duo esse posse aliquam habitudinem, atque affectionem: aut

In Caput

ratione alicuius artis, veluti est inter discipulos, & præceptorem: aut sorte, quo modo est habitudo heri ad seruum. aut ex aliquo delectu, quo pacto inter amicos, & familiares est quædam affectio. aut postremo natura, & cognatione qualis reperitur inter patrem, & filium; auum & nepotes. in vtraque generis significatione Porphyrius habitudinem, atq; affectionem cognationis posuit, siue sit à patre, siue à matre, siue etiã patria, in qua est, vt diximus, vis quædam ortus. quod si has duas significationes generis inter se voluerimus conferre, vti Porphyrius his verbis fecit.

MO C autem significatum usurpatius esse videtur: Heraclida nanque dicuntur, qui genere descendunt ab Hercule: & Cecropida, qui à Cecrope, & horum quoq; propinqui. Atq; prius sanè genus, generis cuiusq; principium dicitur: postea verò multitudo eorum qui ab uno principio, ceu Hercule, profluxerunt: quod quidem à cæteris se iungentes ac separantes, totum aggregatum Heraclidarum diximus genus.

Requentius reperiemus genus in prima significatione, q̄ in secunda, ob eamq; rem à Porphyrio in priori loco explicatur, vt à notioribus, & hisce quæ nobis sunt magis familiaria inchoâtes, ad alia quæ sunt fortè sua natura priora, quemadmodum nunc accidit, progrediamur. Prius enim est affectio

De genere.

15

affectio cognationis, vnius ad vnum, quàm vnius ad plures, veluti res ipsa nobis declarat.

Alio modo dicitur genus, id sub quo species collocantur: accepta fortasse similitudine à prioribus vocabuli eius significatis. Nam & principium quoddam eorum, quæ sub se habet genus, tale est: & præterea videtur multitudinem omnem amplecti, quam scilicet, infra sese continet

Tertio modo dicitur genus, cui subiiciuntur species, accepta forsam significatione ab eorû, quæ diximus similitudine. etenim principium est genus suarum specierum: multitudinem præterea specierum continet, quæ ab illo genere acceptam communio nem inter se retinent, quo pacto cum primo, & secundo significato magnam similitudinem habet. animal enim principium est hominis, equi, & leonis, quæ etiam in seipso quodam modo continet. Neq; est quod immoremur quærentes, qua ratione Porphyrius tantum hæc significata explicauerit, cū genus habeat plura alia significata: aut quam ob causam in re tã certa vsus fuit hoc verbo videtur, vtrunq; enim est apertum, illa enim solum præsentis instituto inseruiebant, hoc autè vel ipsis oculis cernimus.

His igitur tribus modis dicitur genus. De tertio verò genere philosophorum est sermo, quod & describentes sic assignarunt: Genus id esse dicentes, quod de plu

pluribus specie differentibus hoc ipso quid est predicatur, ut animal.

HAEC est secunda pars huius capituli, in qua definit tertium significatum generis, de quo, quia quidditatem rei explicat, philosophorum est sermo, quod etiam describentes assignarunt, genus id esse dicentes, quod de pluribus, & differentibus specie in eo, quod quid est predicatur.

Eorum enim quae predicantur, alia de uno solo dicuntur, ut individua, veluti Socrates, & iste et istud: alia de pluribus predicantur, ut genera, species, differentia, propria, & accidentia communiter, sed non cuiquam proprie. Atque genus est (exempli causa) animal: species, homo: differentia, rationale: proprium, risibile: accidens, album, nigrum, sedere. Genus igitur ab hisce quidem, quae de uno solo dicuntur hoc sane differt, quod ipsum de pluribus predicatur, ab his autem quae de pluribus predicantur, hisce differre videtur. A specie quidem, quod species etsi de pluribus predicatur, non tamen de pluribus specie, sed pluribus differentibus numero predicatur: homo namque, qui quidem est species de Socrate & Platone dicitur, qui non specie sed numero, equo,

mero differunt. At animal quod est genus, de bove, equo, atque homine predicatur, quae & specie, non autem numero solo differunt. A proprio vero, quod proprium quidem de una specie cuius est proprium, & de individuis hisce, quae sunt sub illa specie predicatur: ut risibile, de homine solo, & de singulis hominibus dicitur. Genus autem non de una specie, sed de pluribus differentibusque predicatur. A differentia quoque, communibusque, accidentibus genus differt: etenim differentia communiaque accidentia, quam de pluribus ac differentibus specie dicuntur: non tamen ita ut quid sit quidque, sed ut quale quidque sit inveniatur, dicuntur. Rogantibus enim quidnam illud sit, de quo hac dicuntur, genus respondemus: differentias & accidentia non respondemus: non enim de subiectis illa in quid, sed magis in quale quid dicuntur. Interroganti namque, quale quid est homo, rationale dicimus: & quale quid est coruus, nigrum dicimus. Quorum rationale quidem est differentia, nigrum autem accidens. Sed cum quid est homo interrogamus, animal respondemus, quod quidem hominis genus est. Genus igitur, quod de pluribus quidem predicatur, ab individuis, quae de uno solo dicuntur, differt: quod vero de plu

pluribus predicatur specie differentibus, ab ijs que ut species proprie dicuntur differt. Deniq; quod quidam sit dicit, a differentijs, vulgoq; accidentibus differt: quorum unumquodq; non quid sit, sed quale sit, quomodo id de quo dicitur habeat, dicunt. Nihil igitur vero generis intellectu plus minusve memorata generis descriptio habet.



HÆC est tertia pars huius capituli, in qua, ut diximus, non extollit definitionem, sed probat unico syllogismo veram esse hanc descriptionem, quam paulo ante assignauit, quem in hunc modum facit. illa est vera vniuscuiusq; rei definitio, quæ sine hoc, quod abundet, aut deficiat, eam explicat & ab alijs separat. hoc assumptum posuit Porphyrius in fine huius secundi capituli, poteritq; probari a nobis ex Aristotele in secundo libro de posteriori resolutione, & ex appellationibus ipsius definitionis. habet enim quam plures. nam definitio, terminus, numerus & proprium apud philosophos dicitur, quæ, eam esse naturam definitionis, quam diximus, aperitissime innunt. Deinde sumit. hoc dicta generis descriptio efficit, & longissime probat a principio huius tertie partis hæc minorem propositionem, quia separat ab alijs omnibus, quæ predicantur. ab his, quæ de vno, & ab his quæ de pluribus predicantur verba sunt aperta, & in hunc modum reliquas definitiones huius introductionis debemus probare.

Si ea, quæ diximus in cõmentatione huius secundi capituli diligenter animaduertamus, reperiemus sane nihil amplius iam fore dialectico homini desiderandum. modò introductionis

nis

nis leges, atq; præcepta vellet obseruari: veruntamen quia iam aliud ferunt hæc tempora, protrahemus hanc disputationem aliquantulum: in qua declarabimus multa quæ sunt cõmunia his quinque prædicatis. Cum sit itaq; certum, his definitionibus definiri genus, differentiam, atq; speciem. Solet in dubium reuocari, natura ne, quæ subijcitur intentioni, an verò illa secunda intentio sit, quod uti quidditas & forma generis definiatur? ad eundem modum meo iudicio de albo, & de alijs huiusmodi quis posset dubitare, ut vniuersalem disputationem instituamus. de qua re si Aristotelem consulamus, in libro septimo primæ philosophiæ, respondebimus primo formam, & quidditatem rei, in vnaquaq; definitione explicari, ac proinde cum definitur genus, cum definitur album, formam, & quidditatem generis, aut albi, esse id, quod illorum definitionibus declaratur. neq; est, quod in hac parte contendamus: cum quod quid est, & cuius est, in multis locis, idem Aristoteles statuât. Secundo addimus, albedinem esse formam, & quidditatem albi, non niuem, non lac, alias enim nõ esset eadem forma duobus albis, niui inquam, atque lacti. Accedit secundo, apud philosophos album pro albedine, frigus pro frigido frequenter vsurpari. tertio quæ sunt frigida, aut calida ratione frigoris, aut caloris in eodem genere collocantur. quæ omnia ostendunt primo albedinem esse formam, & quidditatem albi (forma namque, & quidditas vniuscuiusq; rei, est, quæ tribuit speciem. Afferimus tertio, hoc idem esse, quod eo nomine, ut dicemus in capite de substantia, formaliter significatur: quapropter illud idem erit, quod definiendo album, aut frigidum explicamus: ea tamen ratione, qua est in aliquo, hoc enim modo differunt albedo, atque album.) iuxta quem modum de genere, differentia, atque alijs prædicatis erit philosophandum. quidditas namq; generis, speciei, atque differentie est, quæ hisce definitionibus explicatur: hæc au-

C

tem

tem non est natura animalis, aut hominis, aut rationalis, sed respectus ille, quem actione intellectus, ad plura differentia specie habet animal: qui, ut diximus, intra obiectum formale logicæ clauditur, neque est, aut esse potest ille respectus, conditio in commentatione logica, sed est quid positum intra obiectum formale huius artis. quare uti certum à nobis in hac tractatione secundo constituatur, secundam intentionem generis (hoc enim nomine commodius id, quod volumus declaratur) coniunctam cum prima, uti formam, & quidditatem explicari: quod primo analogia, & similitudine illa, quam, uti diximus, habent hæc nomina secundarum intentionum cum albo, & cum alijs huiusmodi probatur. Secundo quia ex Avicenna, quem omnes in hac re constantissimè probant, logica secundas intentiones cūiunctas cum primis speculatur. Tertio, quia cum definiti, atq; definitionis sit quodammodo eadem ratio, & in ea, solum, quæ dicunt, secundas intentiones videamus collocari, sicut ostendit illud verbum, quod prædicatur, consequitur sanè, ut secunda intentio qua ratione est in prima definiatur, alias enim aliqua mentio fieret animalis aut colorati, aut aliarum intentionum primarum. Præterea quomodo erit vna definitio, cum vna prima intentio, quæ sit communis omnibus generibus non reperiatur. Neque mihi placeat, qui huiusmodi definitam in primis intentionibus faciunt vnum proportionem, quod in hisce, quæ sunt vnum proportionem, vnum semper sit magis principale, quàm aliud: quod in hac re non videtur quadrare, cum ita perfecte in quouis genere accidentis, sicut in substantia genera, & species reperiuntur. Id etiam apertissimè ea differentia declarat, quam paulo ante inter prædicamenta, & hæc prædicabilia diximus versari maxime si ea, quæ grammatici de octo partibus orationis dicunt, huic instituto, uti in principio fecimus acommo-

EA

Est tamen argumentum, quod rem dubiam facit. illud enim definiendum est dicendum, quod de pluribus differentiis specie, in eo, quod quid est prædicatum. quod secundæ intentioni ea etiam ratione, qua est in prima non potest quadrare, illa enim adhuc eo modo conditio est corporis, & substantiæ, quæ uti genera de pluribus differentiis specie, in eo quod quid est prædicantur, & non prædicatum. quod etiam nos in superioribus visi sumus confirmare: dum fateremur ex diuo Thoma, res secundum se prædicari, licet habeant ab intellectu modum, & conditionem prædicati. qua propter commodius dicemus, animal, aut substantiam, qua ratione ab intellectu in differentiis specie considerantur, hac definitione explicari, esto habeant ab intellectu intentionem secundam, quæ est conditio ad hoc, quod in hunc modum definiantur. Addunt etiam istius rei fautores & alia, quibus conuincuntur, ea, quæ nos diximus labefactare, quæ meo iudicio parum habent probabilitatis, dicunt nanq; primo, naturas sic cognitæ esse in genere præcipuum significatum. Secundo, omnes esse vnum proportionem, quod sufficit ut res aliqua definiatur. tertio nõ posse illas naturas absq; secundis intentionibus explicari, quia sunt, uti dicunt, conditiones internæ, atque necessariæ ad hoc quod primæ definiantur. sed tamen hæc omnia ex eis, quæ diximus, non est difficile reprobare. quis enim diceret, corpus sub albedine explicari cum definitur album? cum nulla mentio corporis ibi reperiatur. Secundo etiam consequitur, ut fateantur albi, & nigri esse eandem quidditatem sub diuersis conditionibus, aut modis. Quare ergo frigus pro frigido, si vera sunt, quæ dicunt vsurpatur? Ad hæc habent contrariū Aristotelem in capite de substantia, in quo cum separat albedinem ab albo, dicit, album esse in corpore, & de corpore nomine prædicari, quod quidem esset falsum, si corpus esset formale significatum albi, esset enim corpus in corpore. Neque

C 2

dispu-

disputamus modò, an possit, quod tantum proportione est vnum aliqua definitione explicari. quare his prætermisissis, ad primum argumentum gradum faciamus, in quo, saluo meliori iudicio, est considerandum, has secundas notiones, de quibus disputamus in præsentiarum, definitas fuisse à Porphyrio ad modum propriarum passionum, ac proinde veluti in definitione risibilis dicimus homo aptus ut rideat, risibilitas tamen, quæ definitur, non est apta ut rideat, sed qua homo est ad id efficiendum aptus, ad eundem modum secunda illa notio non prædicatur, sed est forma, qua natura, quæ est subiectum genericum, aut specificum, formaliter ut prædicetur, est apta. actiones enim, quæ conueniunt proprijs affectionibus veluti formis, debent exerceri per subiecta illarum affectionum, licet ipse sint rationes, & formæ, quibus debent fieri illiusmodi actiones. ad eundem modum contingit in his secundis notionibus, quæ esto sint formales rationes prædicatorum, quatenus tractantur in hoc opere, debent tamen exerceri prædicationes per subiecta propria, ad modum, quo exercentur actiones propriarum passionum. cum quibus, uti respiciunt subiectum, optime definitio conuertitur: ac proinde nihil nouum, aut magnum si definiatur notio & animal, aut corpus sit, quod prædicatur. Quod si nobis obijcias, non esse vnam formam in omnibus generibus, sicuti non est vnum subiectum, respondemus, affectionem illam generis, cum conueniat rebus per intellectum, non postulare ad eundem modum vnum subiectum, quo postulant aliæ propriæ, & naturales passionis. nam si ex istorum sententia sufficit ad hoc, quod definitum sit vnum, illa vnitas proportionis, cur etiam non sufficiet eadè vnitas ad hoc, quod sit vnum subiectum per intellectum. & hæc sufficiat de definito huius definitionis, iuxta quem modum erit philosophandum in alijs definitionibus aliorum prædicatorum.

Consti-

Constituimus hæctenus in vniuersum quodnam esset id, quod his definitionibus definitur. iam vero res postulat, ut vltterius circa definitionem, quam paulo ante exposuimus, non nulla inquiramus. primum, an illud sit verum, quod passim a apud nos circumfertur, dictionem illam quod referre genus eius, quod definitur, nempe vniuersale. qua in re ego sanè affirmarem ex sententia Porphyrij illud esse falsum: quia, uti diximus, per subiectum, & non per proprium genus hæc definitio assignatur. Præterea Porphyrius in hoc eodem capite aliquid posuit in hac definitione, quod esset commune generi: cum ijs omnibus, quæ prædicantur (nam si cum illis omnibus genus non conueniret, quorsum oportebat, hac definitione ab omnibus separari?) quod profecto non est aliud quam illud, quod prædicatur. nam his, quæ deinde sequuntur incipit genus separari. ab ijs quæ de vno, & ab ijs, quæ de pluribus prædicantur. Illud ergo verbum, quod prædicatur, ex sententia Porphyrij commune est generi, cum ijs quæ de vno tantum prædicantur: quandoquidem ante illam particulam de pluribus nondum separatur genus ab hisce, quæ de vno tantum prædicantur. ergo quod, non refert vniuersale; nã sic non esset commune ijs etiam, quæ de vno tantum prædicantur. Secundo quando genus aliquod in definitione ponitur, absurdè satis si mal eum eo ea differentia poneretur, quæ ipsius essentiam constitueret, vel illius essentia passio. quorsum enim vbi dixisses animal, eius differentiam, aut sensitium collocares? quod sanè Porphyrio euenisset, si dictio quæ referret vniuersale. post genus enim, quod in relatiuo illo quod fuerat possessutum, illa differentia constitutiuæ vniuersalis, aut eius passio, de pluribus, in definitione collocaretur. Qua propter constitutum debet esse apud Porphyrium, quod non referre vniuersale sed potius subiectum secundæ notionis generis. cito illud nõ sit proximum sed potius remotum, neque id solet definitionibus in

commodare, nā risibile aliquando per hominem, aliquando vorò per animal explicatur, quemadmodum in secundo libro de posteriori reiplutione declarabimus.

Est adhuc circa intellectum huius definitionis alia dubitatio, quo pacto possit animal de homine prædicari, cum illius sit pars, ac proinde non contineat hominem, sed potius ab eodem contineatur: quod est contra rationē prædicati? prædicatur namq; maiora de minoribus, aut paria de paribus, minora de maioribus non prædicatur. quam obrem neq; de toto partes, neque de homine animal, aut rationale poterunt prædicari, quia sunt eius partes. idem erit iudicium de quouis alio genere, si cum sua specie conferatur. hoc argumentū eam quærit disputationem, quæ si à nobis feliciter perficiatur, bonam partē logicæ, atq; etiā primæ philosophiæ declarabit. inuoluit namq; quo modo ex genere, & differētia species cōstituantur. quæ res, esto sit tota præcipue primæ philosophiæ, obæq; rem ab Aristotele, & ab hisce, qui eum exponunt, in eo loco soleat explicari, non tñ à nostro instituto erit prorsus aliena: cum q; Porphyrius in duobus capitibus, quæ sunt de specie, & de differētia mentionem illius apertissime faciat: tñ etiā quod non possint illa duo capita absq; huius rei explicatione, sicuti postulāt declarari: ob quas res non debet censerī ab hoc nostro instituto aliena huiusmodi cōpositionis tractatio, atq; explicatio. in qua illud in primis erit considerandū, speciem hac cōstitutione neq; phisice, neq; ex genere, & differentia, vti ex duabus rebus cōstare. quomodo enim vti ex duabus rebus cōpones hominē ex animali, & rationali? cū sola ratione homo, animal, & rationale distinguatur: sunt enim vna, atq; eadē res, vt Aristoteles in septimo libro primæ philosophiæ apertissime testatur. neq; potest rursus cōponi ex hisce vti ex duabus realitatibus, quia nō illo modo illa, quæ diximus separantur. Bene tamen intellectus hominis componitur ex intellectu

lectu animalis, & rationalis, nam intellectus animalis est perfectionis sentientis tantum, intellectus vero rationalis perfectionis intelligendi, & ratiocinandi. hominis verò intelligētia, & ratio vtrūq; habet, est enim animal rationis particeps, siue obiectiuos conceptus, siue etiam formales velis considerare (nam secundas notiones, sicut & esse naturale, quod habent illæ qualitates, quæ sunt in nostro intellectu siue obiectiue, siue formaliter representantes missa facimus in præsentiarum) nec tñ est vana huiusmodi cōpositio, & inanis: quia vti diximus, in re ipsa inuenitur occasio, & fundamentū, nā in vna, atq; eadem re contemplamur perfectionē sentiendi, intelligendi, & ratiocinandi, licet non eodem modo quocunq; conceptu huiusmodi perfectionem exprimamus, nam corporeum exprimitur sub vno gradu perfectionis tantū, animarum sub duobus, sensituum sub tribus, rationale autem sub quatuor, & ad eundem modum per omnia in alijs.

Secundo est etiam in memoriam reuocandum, animal, & quodcunq; aliud genus quatuor modis posse cōsiderari, vno secundum rem tantum. altero secundum quod continet perfectionem sentiendi, & nihil amplius in eo consideramus. tertio secundum quod vltra gradum sentiendi quem habet actu, hominem, & equum habet potestate, & dicit id omne, quod naturam sentiendi habet. quarto cum potentiam solum ad rationale, & irrationale absq; vlla mentione formæ contēplamur: nam reuera & non sola cogitatione homo est animal rationale, & res quæ est animal de homine prædicatur, rationale præterea, dum constituitur homo, additur animali. qua propter erit nobis diligenter inuestigandum, atq; exponendū quādo habeat animal rationem generis, & prædicati, quando vero rationem cōstituentis, & quo modo debeat intelligi, & accipi quando in definitione hominis collocatur. quibus sic constitutis ad ea, quæ inquirebamus, faciamus gradum

de quibus uti certum à nobis constituatur, ad hoc quod animal sit genus debere ea ratione accipi, qua hominem, & equum dicit inuolute & continet potestate, qui est tertius modus, quem superius annotauimus. probatur primo, quia id affirmavit Porphyrius, cum disputaret de specie, ait namque: continetur igitur indiuiduum sub specie, species autem sub genere. totum enim quodam est genus, indiuiduum autem pars species vero & totum, & pars. & in quarto capite cum ageret de differentia affirmavit animal potestate habere sub se omnes differentias, apertius tamen cum propria & communia generis, & speciei declararet. differunt autem, addit, eo, quod genus quidem continet species sub se, species vero continetur, & non continet genera. & rursus in alio loco. amplius genera quidem abundant earum, quæ sub ipsis sunt specierum continentia. & Aristoteles in secundo libro de posteriori resolutione, cum doceret genus inuestigare ad constituendam definitionem, ait de genere in hunc modum. commune pluribus est querendum, & quod sit in plus secundum potentiam, & in eo loco dixit Eustratius, genus componi ex speciebus, uti ex partibus: ac proinde necessarium esse, ut eas contineat potestate. (intellige ut totum potestatum ex partibus subiectiuus). & D. Thomas de ente, & essentia, in tertio capite in hanc eadem rem ait, quidquid est in specie, est in genere ut non determinatum, & rationem addidit, quia si non esset totum respectu hominis, sed eius pars, non prædicaretur de eo, horum tamen nihil habet actu, ut in eisdem locis eisdem, qui supra sunt autores. hoc etiam modo debet animal, & quodcunque aliud genus accipi, quando de pluribus differentibus specie in eo quod quid est prædicatur. nam cum animal dicatur de homine, & non conuertatur, necessarium est sit in plus, ut Porphyritus in capite de specie testatur.

Dubium

Dubium est tamen, an hoc etiam modo debeat a nobis considerari, cum speciem, aut definitionem constituit, quam diximus, ex genere, & differentia constare. qua in re dicerem primo, ineptum esse animal ad speciem, aut definitionem constituendam, si non ut est in potentia aliquo modo consideratur, probatur ex eodem Porphyrio in capite de communibus, & proprijs istorum prædicatorum. genera inquit præiacere oportet, & informata specificis differentijs perficere species, quod si non fuerint potètia, quo pacto dicemus differentia aliqua posse formari? Secundo à Porphyrio in quarto capite & ab Aristotele in sexto, septimo, & octauo libro primæ philosophiæ, genus, quod suscipiat actualem perfectionem differentia, comparatur materia, quæ physice recipit perfectionem formæ substantialis. quod non heret profecto, quæ admodum Arist. innuit eo loco, nisi esset aliquo modo in potentia. tertio cum animal ad speciem, & definitionem per diuisionem trahatur, necessarium est, sit in potentia, non in actu. est enim potètia illud omne, quod uti genus in species per differentias fecatur. rogaremus Arist. quarto, quo modo ex genere, & differentia, ex animali, & rationali unum fieret, quod est homo, aut animal rationale, si genus non est in eadem constitutione aliquid potètia? siquidem negare non possumus, differentiam esse perfectionem, & actum. quæ omnia adeo sunt vera, atq; aperta, ut neq; nomine tenus sit philosophus qui hæc negaret, alias enim quo pacto separaretur animal qua ratione est species uiuentis, ab animali, quod ad constitutionem hominis trahitur, si quæ admodum quædo est species. & tantum actu, debet cum est genus considerari. ita ut ulterius non sit aliquo modo potètia? secundo etiam adderem, eodem modo genus animal esse in potentia, cum est pars hominis, aut definitionis, quo antea à nobis quando erat genus, & prædicatum hominis, constituebatur. res quidem digna consideratione, & quæ quosdam e-

C 5 tiam

tiam interpretes Aristotelis tenuit dubios, alios vero rapuit in admiratione: non quod non sibi facile suaderent, aut plane intelligerent, quod est in plus in eo esse posse, quod est minus. ob eamque rem consueuerunt affirmare animal, (nomine animalis vniuersa genera intelligo, quæ hac in eadem consideratione habent) quando est pars non sic esse potestate, veluti quando est genus, aut prædicatum. ne cogerentur sustinere partem esse in plus, & de toto prædicari. qua propter idem, diuersa tamen ratione, modo genus, modo vero partem esse affirmarunt: mihi vero eodem modo de animali cum est pars, & cum est genus videtur sentiendum. alias enim animal non constitueret definitionem, aut speciem: qua est genus, neque in specie esset compositio ex genere, & differentia; neque affirmaremus communem esse aliquam partem definitionis huius, quæ specie differunt, genere autem conueniunt. quod quidem non est tantum probabile, sed etiam necessarium. quod si necessario ut est pars, est commune pluribus, quid prohibet esse vniuersale, atque adeo genericum prædicatum? Secundo Aristotel. in primo libro de posteriori resolutione explicando. modos eius, quod per se dicitur, asseruit in primo modo partem definitionis de definito prædicari. habet ergo pars definitionis eam potestatem, ut possit de definito, quod constituit prædicari. tertio ad hoc, quod sit animal pars debet considerari, ut est potestate. quo ergo alio modo quis poterit potestatem constitutere in animali, nisi qua habet hominem, equam, & leonem potestate, & qua in ordine ad inferiora solet considerari? ita ut dicat substantiam sentientem cum potestate vniuersalis: quæ admodum metaphysica compositio nobis declarat, & regula illa, quæ in libris topicorum nobis Aristoteles tradidit, licere in quâ loco illius, quod est in definitione, ponere definitionem, quæ habet. unde loco animalis in definitione hominis absque villo vitio recte quis substantiam corpoream animatam sentientem

pone

poneret. quod profecto per se vnum cum rationali non faceret, nisi uti diximus potestate haberet rationale, quæ quidem est potestas vniuersalis, & prædicati. verum est, quod illa potentia definitur deinde per differentiam, cum genus in specie est perfectum, quæ admodum contingit in prima materia rei naturalis quæ habet facultatem, qua omnes formas recipiat, definitur tamen deinde cum iam habet aliquam esse aliam, qua est priuata tunc etiam appetat. quod ut apertius intelligas animaduertito, genus & differentiam, animal, & rationale, quæ sunt partes hominis duobus modis posse considerari, vno modo quando animal ponis in definitione, nondum tamen illi copulasti rationale, mox tamen debes copulare, & tunc ita est pars ut rationale, & hominem contineat potestate. Si vero quando iam habet coniunctum rationale, & est ad actum reddatum, consideratur, tunc animal non est in plus, est enim iam animal homo, & potestas illa iam est definita per differentiam, & totum potentiale, quod erat pars habitualis, factum est pars terminata, & substantialis, & hoc modo, quod potestate antea erat in plus, contractum est, & in minori factum. nam habens animam sensitivam, factum est habens animam sensitivam rationalem. & hoc pacto non est mirum, si id, quod vno modo est in plus, alio modo in minori contineatur. ob eamque, ut ego existimo, causam Aristoteles in quinto libro primæ philosophiæ diuersas facit eas partes, quæ in definitione ponuntur, ab alijs partibus, quæ aut sunt integrantes, aut alio modo se habent. & in quarto libro de physica auscultatione diuersum modum statuit, quo totum est in partibus, & genus in specie: in primo namque neque totum sit pars, neque pars prædicatur de toto, quæ bene reperiuntur in genere: nam totum cum sit ita sit pars, ut possit de specie prædicari. ex quibus tollitur illud, quod visum fuit antiquis admiratione dignum, quo modo, inquit, id quod est in plus esset in eo, quod est minus. quia in hisce

non.

nō pugnat ratio partis habitualis, & totius, & prædicati, pugnat tamen in ijs partibus, quæ sunt integrantes, quemadmodum philoponus in quarto libro de physica auscultatione aperte significauit: de generibus nāque in hūc modū ait. sunt etiam partes specierum, quando veluti in speciebus existentes illas contemplamur, quare habitu vniuersaliora sunt, actu minus vniuersalia: quando cum differentia sunt complicata. & hoc modo animal est genus, prædicatum, & pars. Si verò vt est res quædam, idē animal consideretur, tunc neque habet rationem totius neque partis, est enim in homine idem, quod homo, & rationale, quia vti in principio diximus hæc compositio non fit ex rebus, aut realitatibus. hoc enim modo sunt vna, atque eadem res omnia. qua propter tunc temporis animal non habet rationem totius, aut partis. Si nobis obijcias vt est res prædicari, ac proinde eo modo esse genus, & prædicatum. fatemur sane prædicatum esse reale, nondum tamen est formaliter, aut totum, aut prædicatum, quousque per intellectum sit abstractum. bene tamen est illa omnia fundamentaliter: nam licet res prædicentur, intellectus tamen est, qui illud facit. si secundo modo consideretur animal, est species viuētis & sic definitur, & est tantum actu. quarto modo tantum habet rationem potentie & nullo modo prædicati, aut genericę partis, quemadmodum in 7. lib. primę philosophię d. Tho. est autor quinimo in eoloco id ipsum visus fuit Aristo. affirmasse. quia illa semp habet aliquā formā, & actū. quāobré loco animalis, quod est gen⁹ suā definitionē collocamus: quā nō liceret efficere si esset absq; omni actu, prorsus potētiale. ex quib⁹ respōdemus argumēto, quod in principio fecim⁹, nō enim pugnat ratio generis, & ratio prædicati cū parte habituali, vt a nobis est declaratū bene tñ cū alia parte. si dicas in homine est actu pars, nō habitu, ergo de homine non prædicatur. respōderem, intellectū quādo præ

prædicat, aliquam distinctionem facere, rationis saltem. alias enim eodem argumento efficeret animal de homine non posse prædicari, quia est in ipso contractum. res quidem esse debet in eo, de quo enunciatur, non tamen est necessarium, eundem modum habeat in re, quem habet cum prædicatur: quem admodum contra Platonem declarauimus. quod si in vniuersum quæras, an possit pars de toto prædicari: (vt genus, & differentiā missa faciamus, de quibus abunde satis est disputatū.) licet Aristo. obscure huius rei mentionem faciat in libro quinto de auscultatione physica, nos vnico verbo hanc rem explicamus, asserentes, partem in concreto de toto prædicari vt materiale, & capitatum, non tamen prædicatur quādo aliam habet considerationem.

Est aliud dubium, vt argumentum hoc perficiatur, quo pacto genus comparetur materia: cum ex Aristotele partes omnes, quæ sunt in definitione, se habeāt vt forma, & sint formales: cui ex communi consensione omnium philosophorū in hunc modum fit satis: partes definitionis, aut inter se, aut cum eo, quod definitur, possunt comparari si inter se conferantur, tunc genus est potentia, & veluti materia, differentia vero veluti forma, & actus. si vero cum alio, quod definitur, tūc vtraq; est formalis, nam superius est forma inferioris. & vel hac vna de causa & speciei generis, & omnes differentię. quod si vltterius roges, an genus sit materia, quando confertur cum differentia, an vero sit aliquid aliud: præterea vnde sumatur, siquidem omnes philosophi faciunt genus per simile materia. Alexander Aphrodisiensis, & D. Thom. copiose admodum huic dubio satisfaciunt, nam genus primo multis nominibus analogia quadam conuenit cum ipsa materia, nam vtrunq; est commune quodammodo pluribus, & differentiibus: sumunt præterea esse à formis, cum quibus complicantur, differunt tamen pluribus alijs, nam materia est quidem commu

communis vt subiecta, (est enim primum subiectum vt auctor est Aristoteles.) genus vero veluti pradicatum, materia est res quaedam, & confert, vt fit hoc aliquid, genus vero debet sumi in intellectu. tertio formae non sunt eodem modo in materia, quo differentiae in genere, in illa enim omnis forma generatur (excipio rationalem) cum ipsa sit tantum potentia & nullum habeat actum, at in genere communior forma praecessit, quae in omnibus speciebus, quae sunt sub illo genere, comprehenditur. quam obrem in genere non fit omnis forma, quia pars, quae generis naturam efficit aliquam formam habet, quapropter genus non sumitur a sola materia, sed ab aliquo, quod licet habeat aliquem actum, est tamen in potentia vt cum alio manens, & perficiatur, veluti a gradu sentiendi, qui potest esse cum rationali, & ab eodem perfici, sumitur ratio generis & ad eundem modum in alijs.

Est praeterea in hac eadem definitione tertio investigandum an genus debeat de differentibus specie predicari, ita vt tantum differentia specie sint proprius terminus illius relati? (modo illud inquit addatur) nam Aristotele in libro quarto de locis argumentorum, & in tertio primae philosophiae affirmavit, genus de nullo, nisi de speciebus predicari, & tamen videtur de indiuiduis, de differentia, & de proprio predicari, nam & Socrates est animal, & rationale, & aptum ad nauigandum. debuit ergo Porphyrius definiendo aliquam mentionem istorum facere. hanc rem declarauit Porphyrius cum exponeret propria & communia istorum predicatorum; genus namque de indiuiduis non primo, sed per medias species, quas secundum se respicit predicatur. quapropter in definitione, speciei solum meminisse oportuit, & non indiuiduorum, licet de illis etiam vt genus dicatur. de differentijs, quia sunt extra rationem generis, vt paulo post declarabimus, genus non predicatur. ad haec etiam cum genus colatum cum differentia habeat rationem materiae, sua natura potius

potius deberet esse subiectum, quam pradicatum. ob eamque rem non dicimus in hac arte, quod genus de differentia, neque de proprio, aut accidenti pradicatur; propter eadem causam. comode ergo illius natura explicata fuit ad species, nam si quando de differentia aliqua pradicatur genus, vt Alexander est auctor, est quando haec est eadem cum specie, qua media licet praeter naturam genus de differentia pradicatur. veluti cum dicimus rationale est animal.

Postremo rogemus, quo modo possit genus a differentia separari cum haec etiam, quia est pars quidditatis essentialis, inquit dicatur: vt Aristotele in libris topicorum est auctor? genus praeterea sicuti & differentia qualitate significat substantialem vt Aristotele docet in secundis substantijs, debet ergo predicari in quale. cui dubio vt satisfaciamus est quidem considerandum definitionem generis ipsum debere separare ab hisce, quae pradicantur, cum quibus genus habet commercium, non ab his, de quibus pradicatur. quam obrem si genus cum differentia, quae etiam de differentibus specie pradicatur, conferamus, differentia habet rationem formae, & qualitatis, genus vero rationem materiae, & potentiae. quare hoc pradicatum inquit, illa autem in quale essentiali, haec enim de causa differentia nomine adiectiuo veluti, quod est in alio significatur, genus vero substantiuo, vti quae est substantia, per se, & non in alio, & ob has causas licet vtique essentialiam dicat, & quidditatem genus inquit, differentia vero in quale quid pradicatur, quae admodum in capite de differentia idem Porphyrius declarauit. potestque ex communi modo interrogandi, & respondendi probari, nam quid, quod per se est, solet rogare, atque ita rogati per genus, & non differentiam satisfacimus. quod si a nobis queramus, an propter illud Aristotelis significat, quale quid debeamus aliquo pacto admittere, genus de specie in quale quid predicari? id ego profecto constanter negare, quia nunquam genus dicitur admodum qualis, licet substantialis. neque argu-

argumenta probant contrarium, nam discrimen, quod habet genus cum differentia sepiissime ab Aristotele fuit explicatum: licet aliquando visus fuerit affirmasse, differentiam prædicari in quid, de hisce, quæ specie separantur, neque Aristoteles in capite de substantia est nobis contrarius, uti in eo loco explicabimus.

¶ Caput quintum, in quo explicatur species.



In ea, quæ Porphyrius in principio huius introductionis proposuit, memoria retineamus, ante alia omnia se offert inuestigandum, quæ nam fuerit causa, propter quam differentia, quæ prior est specie, cū sit eius pars, & vniuersalior, notior præterea ob easdem causas, nunc teneat tertium locum in disputatione, cum secundo loco fuerit proposita, & in capite de communibus, & proprijs istorum prædicatorum in eodem loco explicata ab eodem autore. huius rei causam in principio huius capitis Porphyrius nobis significauit dū genus, & speciem eorū esse fatetur, quæ sunt ad aliquid, quo fit, ut necessario simul debeant cognosci, & explicari, qua vna re fuit coactus, ut ordinem, quem tenuit in ipsa propositione, mutaret: neq; vllum fuit vitium sic ordinem naturæ in ordinem doctrinæ commutasse, cum in præsentī hi duo ordines non sint contrarij: imò ordo naturæ in hac parte, prout res postulabat, perficitur, & seruetur. naturæ enim ordine, ob eas causas, quas adduximus in superioribus, debuit genus declarari perfecte in priorī loco, quod ignorata specie fieri nō potuit, iuxta naturam eorum, quæ sunt ad aliquid. quamob-

rem

rem non tam propter speciem, quam propter genus Porphyrius in secundo loco tractauit de specie. ne disputando in secundo loco de differentia, mutila relinqueretur, & imperfecta ea disputatio, quæ fuerat de genere, quod si nobis obijcias speciem, qua ratione est ad genus, subijci, & non prædicari, ac proinde illa solum ratione à Porphyrio fore explicandā, & non qua ratione est prædicatum? quod Porphyrius in hoc capite facit. primum quidem, quod obijcis damus, negamus tamen illud consequi, quod deinde asseris, quia vna habitudo speciei non potuit commode absque alia explicari. non enim nota esset species si non fuisset exposita vtriusque habitudinis ratio, quod nobis fiet manifestum cum rationes primi generis, speciei infimæ & subalterne attigerimus in hoc eodem capite. neq; ad ostendendum ea, quæ sunt communia, & vniuersiq; istorum prædicatorum propria fuit necessarium inuertisse ordinem, aut commutasse. cum definitiones iam fuissent expositæ, & declaratæ.

Vniuersum hoc caput, in quo de specie propter eas, quas diximus causas fuit disputandum, secabimus in quinque partes, nam primo adducit Porphyrius varias significaciones speciei, quæ huic instituto deseruiunt, & rationes etiam, quibus philosophi suam speciem soliti sunt declarare, & satisfacit cuidam dubio, quod ex definitionibus generis, atq; speciei, oriebatur. secundo cōstituit quoddam discrimen inter eas definitiones, quas paulo antea ex sententiā veterum philosophorum attulerat: illudq; manifestat in prædicamento substantiæ: & in familijs, cum quibus genera, ut antea diximus, quandam similitudinem habent. ponit tertio quædam documenta, quæ, ea, quæ in secunda parte fuerāt tractata, consequuntur, & dilucidiora faciunt. deinde quarto breuem quandam disputationem de indiuiduo instituit, quantum res præsens exposulabat. postremo quasi in capita reddigens

D

ca,

ea, quæ in vniuerso capite declarauit, docet quomodo se habeant ad inuicem genus, & species, atq; indiuiduum, de quibus in vniuerso capite disputauit.

DE SPECIE.



Species autem dicitur quidem, & de vniuscuiusq; forma: qua significatione dici solet, praestantissimam formam dignam esse imperio. Dicitur autem & de eo, quod sub assignato genere collocatur: qua significatione hominem quidem speciem animalis dicere consueuimus, quod quidem est genus: album autem speciem coloris, & triangulum figura speciem, simili modo significat.

Quod si genus assignantes, mentionem fecimus speciei, genus id esse dicentes, quod de pluribus differentiibus specie, hoc ipso quid est predicatur: & nunc id esse dicimus speciem, quod sub assignato genere collocatur: sciendum est, cum & genus alicuius sit genus, & species alicuius sit species, alterum alterius, vtrunq; vtriusq; definitionibus adhibere necesse esse.

Assignant igitur speciem et hoc modo: Species est id quod subijcitur generi, & de quo genus hoc ipso quid

quid est predicatur. Insuper hoc etiam pacto, species est id, quod de pluribus differentiibus numero, hoc ipso quid est predicatur.

HAEC est prima pars huius capitis, in qua quid efficiat Porphy. superiori illa, & breui partitione summo interpretati. iam vero eius interpretationem agrediamur species igitur primo de vniuscuiusq; forma dicitur, qua significatione dixit Euripides *περὶ τῶν εἰδῶν ἀξίον τὸ γενεῖν εἶδος*. hoc est forma primo, aut praestantissima forma, ut alij vertunt, digna est imperio, quo loco ea forma significatur, quæ nascitur ex delineamentis corporis, & partium coagmatione. probatur ex eodem carmine, quo Porphy. primam huius nominis significationem exposuit. est autem digna ut imperet, vel quod regem comedit, iuxta illud Vergilij, gratior, & pulchroveniens in corpore virtus. vel quod sit indicium praestantis, & heroicæ virtutis, ut Ari. docuit in. i. lib. rhetoricorum, ob idque ex eodem in libris de republica, digna est, quæ imperet. dicitur & alio modo species, id quod sub assignato genere collocatur, qua significatione hominem dicimus speciem animalis quia sub eo collocatur. quod si à nobis queramus quorsum Porphy. non adduxerit alias significationes huius nominis, responsum est in superioribus, eas significationes Porphyrio in animo fuisse adducere, quæ cum essent notiores, eam, de qua vellet disputare aliquo pacto exponeret. quod si per ceteris rursus similitudinem vtriusque significati, dicemus, ad eundem forte modum, quo ex accidentibus indiuidui, & de linea mentis corporis forma, & pulchritudo nascitur, quæ a grecis εἶδος, à nostris vero species forma, & pulchritudo corporis appellatur. sic etiam ex genere, & differentia aliam pulchritudinem substantialem ipsorum indiuiduorum nasci, quæ à grecis etiã εἶδος à nostris vero species vocatur, quâ modo dixit Porphyrius sub assignato genere collocari, veluti

homo qui est forma Socratis, & Platonis, nata ex animali, & rationali sub animali ordinatur. ne quispiam verò vitio verteret quod definiendo genus meminisset speciei, & modo speciem definiendo mentionem faceret generis, respondet, quia sunt relata, hoc fuisse necessarium, ut nos etiam diximus de progressu istius disputationis dubitantes. adducit præterea duas alias definitiones speciei, quas veteres assignarunt, quæ admodum ipse modus loquendi Porphyrij declaravit, inquit enim, assignat speciem & hoc modo, species est id, quod subijcitur generi, & de qua genus hoc ipso quid est prædicatur. Et quod prædicatur de pluribus differētibus numero in eo quod quid.

In hac prima parte ostendemus primo vitium, quod quispiam obijceret, commissum fuisse indefiniendo a Porphyrio. Secundo quæ ad responsum Porphyrij, atq; ad interpretationem aliarum definitionum attinent, agitabimus. vitium quidem est illud, quod in demonstrando illis contingit, qui vna rem per aliam in eodem genere causæ demonstrant & contra. qui, ut Aristoteles docet in tertio capite primi libri de posteriori resolutione, non aliud ostendunt, quàm hoc esse, quia hoc idem est. ad eundem modum illis contingit, qui in vnius definitione aliud ponunt, quod antea per hoc ipsum, quod modo definiunt, fuerat definitum. definiunt enim idem perse ipsum. nam si speciem per genus, & genus per speciem explices, declaras ergo speciem per speciem. hoc incommodum respondit Porphyrius se declinasse, quia genus, & species sunt eorum, quæ sunt ad aliquid. hoc nos debemus latius patefacere. liceat ne in definitione vnius relati ita ponere aliud, ut rursus in definitione huius aliud ponatur, quemadmodum sentit porphyrius in hoc eodem capite: an vero hac in parte in absolutis, & in relatis sit vna, atq; equalis ratio. & primo quidem videtur, quod vnum relatum non debeat in al-

terius

terius definitione collocari & quod in vtriusq; sit vna, atq; eadem ratio, in absolutis inquam, & in relatis: nam si alterum relatum in alterius definitione debeat necessario collocari, cum hæc sint simul nota, definitio non poterit esse notior suo definito cum non componatur ex notioribus, aut idem esset magis minusve notum non sua natura, aut propter nostram cognitionem, sed solum quia collocatur, aut remouetur à definitione. Secundo, loco eorum, quæ ponuntur in definitione ut autor est Aristoteles, licet ponere sui definitionem, quia eadem res ponitur, neque differunt, nisi in clara, aut inuoluta cognitione. idem nanque est animal rationale, & substantia corporea animata sentiens rationalis, ob idq; loco animalis optime ponimus substantiam corpoream animatam sentientem. quod non liceret in hisce, quæ sunt ad aliquid, ergo neque licebit alterum in definitione alterius collocare. neq; satisfaciunt qui dicunt, hoc habere locum in absolutis non tamen in relatis, nam causam huius rogamus, quare liceat in absolutis, & non in relatis? ad hæc etiam, quàm ob causam non sit vitium definitum in alterius definitione collocare, & tamen non possit fieri, ut definitio illius definiti ponatur? cū sit vnum, atq; idem vtriusq; significatum, nam licet non voce, re tamen eueniet idem incommodum: siue definitum, siue etiam definitionem illius definiti in alterius definitione collocaueris. semper enim eandem rem collocasti: sicuti ex eis, quæ diximus in primo capite apparet. Tertio ex eodē Porphyrio in capite de communibus, & proprijs istorum prædicatorum, vna species non componitur cum altera, ut faciat aliam speciem, licet hoc contingat in differentijs, ergo neq; poterit in eius, quam non componit, definitione collocari: quorsum enim filius ponetur in definitione patris, cum sint due species, definitione & realiter separata?

Hæc tamen non impediunt, quominus cum Porphyrio

D 3 in

in hac re consentiamus, quia eorum esse est ad aliud, estq; totum in mutua habitudine positum, quapropter sicuti sine alio esse, aut essentiam habere non potest, ita neque definitionem: ut Aristoteles in categoria de ijs, quæ sunt ad aliquid, & nos ibi ex definitione ipsorum, declarabimus. hæc enim ea solum de causa, in præsentiarum commemoramus, ne incommodum, quod quispiam in definitionibus generis, atque speciei esse diceret, aut causam, quæ Porphyrium ab eo crimine liberavit, videamur, aut præterisse, aut ignorasse. ea autem est uti diximus, & probauimus, quia hæc sunt ad aliquid, & esse vnius totum est ad aliud. qua propter hisce, quæ obieci- mus satisfaciamus. in primo, concedimus vnum relatiuum (si sit sermo formalis) non esse notius altero, quia sunt simul natura, atque cognitione: quamobrem non est causa, ob quam vnum aut sit, aut dicatur notius altero, nam quod quæ so esset notius, sed est tanquidem notum. si quæras, an esto, secundum se non sit magis notum, an fieri possit. qua ratione est in definitione sit notius: responderem sane totam definitionem esse notioram, ea vero, quæ sunt posita in definitione, non esse omnia notiora, nisi velis ea ratione considerare, quæ iam sunt mutuo coniuncta in definitione, tunc enim fieri forte ut vnum relatum sit notius altero, quia ut inuatur ab alijs ponitur causa declarandi aliud: sicuti contingit, definitione suo definito esse equalem, singula vero quæ ponuntur in definitione esse aliquando in plus, & maiora, quod ex sententia Porphyrij euenit in hac definitione hominis animal rationale mortale, quod Aristoteles nõ negaret. in secundo argumento, solet esse comunis solutio, loco absoluti licere sumere definitione, non tñ loco illius, quod est ad aliquid. huius rei causa ex diuerso modo, quo definiuntur absoluta, & ea, quæ sunt ad aliquid, nascitur. in absolutis nãq; definitu ea omnia dicit, quæ in ipsius definitione ponuntur, ac proinde in hisce, res eadẽ ponitur

nitur sine aliqua additione, si definitio ponatur loco definiti absoluti, quod nõ contingit in hisce, quæ sunt ad aliquid, in quibus vnum relatu solet in definitione alterius collocari in cuius significatione non inuoluitur. quamobrem si liceret loco nominis, quod est in definitione, sui definitionem ponere, primo aliquid poneretur modo, quod antea non fuerat positu: ex quo fieret secudo, ut omnia relata essent ad se, nõ ad aliud. vnde tertio laboreretur in illud incommodum, quod in principio, dum exponeremus vitiu, quod Porphyrij sibi obieciat, fuimus interpretati. res hæc fiet apertior appositione exemplorũ. si in definitione hominis, animal rationale: loco animalis ponas ipsius definitionem, definiendo hominem in hũc modum, substantia corporea animata sensitiua rationalis, nihil ponis modo, quod antea non fuisset positum. sunt enim illa omnia in animali, ut autor est Aristoteles in septimo libro prime philosophie. ad eundem modum si in hac definitione rursibilibs, homo aptus ut rideat, loco hominis dicas animal rationale aptum ut rideat, nihil modo collocas quod non collocasses antea. si vero in definitione patris, qui habet filium, loco filij poneres definitionem ipsius, necessarium est ponas patrem, quem primo non significabat filius (filius enim non patrem sed filium significat) secundo patrem, qui antea nullo modo erat positus in definitione, modo poneres, cũ debeat in definitione filij ipsum collocare, ex quo eueniret aliud ut patre in definitione sui ipsius collocares, & ad se faceres. quæ omnia sunt incommoda, quæ ars definiendi non patitur. & hæc est causa propter quã illud habet locum in absolutis, & nõ ijs quæ sunt ad aliquid. respondemus tertio argumento, quod vnum relatum non ponitur ut pars, in definitione alterius, cum non sit pars definiti, sed potius ut terminus illius habitudinis, quæ est ad aliud. ex quo fit primo ut vnum relatum non definiatur per aliud, quia in nullo genere,

est causa alterius relati, quam dicit illa particula per, esset enim tunc aliquo modo prius altero. sed potius assignatur, & definitur ad aliud. sic enim loquuti sunt veteres, & in hunc modum philosophantur. fusius tamen de hac re disputabimus in categoria eorum, quæ sunt ad aliud: ubi declarabimus, an illud aliud possit esse absolutum, an vero necessario debeat esse relatum. Fit etiam ex hisce secundo ut non sit necessarium ut relatum, quod in definitione ponitur sit notius altero, quia non ponitur uti pars sed solû ut terminus alterius relati, quæ vero in definitione sunt notiora sunt partes.

Est in hac eadem parte alia dubitatio. Quotnam definitiones speciei, Porphyrius assignauerit? qua in re ut certa ab incertis fecernamus. certum est primo ex verbis Porphyrij, quod definitiones sunt plures quam duæ. nam in hunc modum eas separat. *Sed hæc quidem assignatio specialissima est, et quæ solum speciei est, non autem generis. alia vero erunt etiam non specialissimarum.* Quo in loco alias appellat in numero plurali. adhæc etiam secundo. nulli vnquam fuit dubium has esse duas definitiones, quæ subijcitur generi, & de qua genus hoc ipso quid est prædicatur. & quod prædicatur de pluribus differantibus numero in eo quod quid. Antea tamen quam has duas definitiones Porphyrius traderet, seipsum excusauit, quod definiendo genus usus fuisset specie, & modo in definitione speciei, genere etiam uteretur: quibus verbis innuit antea aliam definitionem assignasse. quâ obrem apud Porphyrium id, quod nos diximus, est certum. Est tamen concertatio, an duæ, an verò plures habitudines definiantur. Secundo an in illis verbis: *Quod subijcitur generi, & de qua genus hoc ipso quid est prædicatur*, vna solummodo definitio assignetur, an potius duæ, ita ut illud, quod subijcitur generi, sit vna, & integra definitio, illud vero sit altera, de qua genus hoc ipso quid est prædicatur. Quidam ex iunioribus sunt arbitra

bitrati tres esse in specie habitudines, vnam, qua prædicatur in quid de ijs, quæ solo numero separantur, alteram, qua inferre prædicamenti ordinatur sub genere. tertiam, qua eidem in enunciatione subijcitur, veluti cum dicimus hominem esse animal. Hac tamen sententia in primis est contraria Porphyrio, qui duas solummodo habitudines in specie cognoscit: & in vtraque definitione eodem verbo τὰ τινος εἶναι fuit usus. licet latini autores modo vertant subijci, modo autem collocari, aut poni sub alio. quam ob rem sponte asserunt modo esse vnam, modo alteram habitudinem subiectionis, aut positionis sub alio. nisi velis etiam dicere tres esse accidentis naturas, quia eidein Porphyrius, licet ex aliorum sententia tres definitiones assignauit, nam idem nobis innuit in præfati capite, ait enim *assignant ergo & sic speciem*, quibus verbis significat quod aliorum etiam assignationes afferat, quas tamen ipse probaret. adhæc etiam quis fateretur illud, *quando alterum de altero prædicatur ut de subiecto*, non ad prædicamenta, sed ad enunciationem spectare, propterea quod ibi Aristoteles ponat subijci, & prædicari? Eadem ergo est habitudo, licet varijs verbis, & interdum apertius exprimat. illi enim qui speciem hoc modo definiunt, *species est, quæ subijcitur generi, & de qua genus hoc ipso quid est prædicatur*, apertius multo speciem explicarunt, quod his verbis, *de qua genus hoc ipso quid est prædicatur*. Habitudo termini sit planior. de alio, quod in secundo loco proposuimus. Boetius, & Ammonius meo iudicio senserunt, his verbis *quæ subijcitur generi, et de qua genus hoc ipso quid est prædicatur*, duas definitiones assignari. quinimo Boetius conatus est hoc ipsum hac vnica ratione probare, non minus modo prædicato genere, cum dicimus *species est, de qua genus hoc ipso quid est prædicatur*, explicatur species, quam antea in capite de genere supposita specie explicabatur genus, cum dicebamus *genus est, cui supponi-*

ur species. ergo illa verba de qua genus hoc ipso, quid est prædicatur, erunt integra definitio speciei, ita ut rogatus quid sit species? bene ex sententia Boetij respondeas, de qua genus hoc ipso quid est prædicatur. (quia de indiuiduo ut diximus in capite de genere, non eodem modo genus prædicatur) vel alijs verbis: quæ subijcitur generi, vel quæ generi subordinatur, (sic enim & significantius, & verius transfertur) nam & differentijs subijciuntur species, non tamen differentijs subordinantur. quia illa in recta linea, hæ vero in latere collocantur, et si in hunc modum transferamus, sententia Boetij non erit improbabilis. legite Ammonium, qui multa dicit, hoc loco, quæ sciens prudensque prætermitto quia mihi non satis probantur.

V Erū hac quidē assignatio ipsius erit infima speciei, & quæ tantummodo species est: cetera vero & hisce competent, quæ non infima sunt.

Atque id quod dicimus, hoc pacto fuerit manifestum: In uno quoque predicamento sunt, quædam summa genera & quædam infima species: & inter hæc media quædam sunt, quæ genera eadem speciesq; dicuntur. Est autem id quidem summum genus, supra quod nullum omnino genus transcendit: infima vero species ea, sub qua nulla prorsus alia species collocatur. At inter hæc, summum inquam genus, speciemq; infimam, sunt alia quæ genera

nera sunt, eadem speciesq; non eiusdem tamen, sed diuersorum respectu. Explicetur autem id quod diximus uno in predicamento dilucidūq; fiat, hoc pacto. Substantia est quoddam & ipsa genus, ut patet: atq; sub ipsa quidem est corpus, sub corpore vero est animatum corpus, sub quo animal cadit, sub quo rursus animal particeps rationis est, sub quod homo cadit: sub hunc Socrates, Plato, singuliq; homines collocantur. Horum igitur substantia quidem genus summum, maximeq; patens est, solumq; genus: Homo vero species ima, & species solum. At corpus species quidem est substantia, genus autem corporis animati: Animatum vero corpus, species quidem est corporis, genus autem animalis: rursus Animal, species quidem est animati, genus autem animalis participis rationis. Homo vero species quidem est animalis participis rationis, genus autem hominum singulorum non est, sed species solum. Atque omnino id omne quod est ante indiuidua & de ipsis sine ullo medio prædicata, species erit duntaxat, & nullo modo generis rationem subibit. Ut igitur substantia, quia supremum est, prætereà quod nihil est ante ipsam,

genus

In Caput

genus est summum, ut diximus: sic & homo, quia species est, sub qua nulla species prorsus, nec quicquam eorum qua diuidi in species possunt, sed indiuiduorum (indiuiduum enim Socrates, & Plato, atque hoc album est) species erit profecto solum, ac ultima species, specialissimaque species ut diximus. Media verò species eorum quidem erunt, quae sunt ante ipsa: genera autem eorum, quae sub ipsa sunt, collocata.

Quare hac quidem duos habent respectus, unum ad ea, quae antecedunt, quo species: alterum ad sequentia, quo genera illorum esse dicuntur. Extrema verò unum habent duntaxat: summum enim genus ad ea quidem, quae sunt sub se collocata respectum habet: est enim genus, ut patet: ad superiora verò nullum profecto habet: cum supremum sit genus, & ut principium primum, atque (ut diximus) id, supra quod nullum inueniri genus omnino potest. Imma quoque species unum habet respectum, habet enim ad superiora, quorum species dicitur: ad inferiora verò non diuersum habet, sed indiuiduorum species dicitur. Atque indiuiduorum quidem

De Specie.

31

dem species dicitur, ut continens ipsa: superiorum autem rursus species appellatur, ut continetur ab illis,

Definiunt igitur genus summum sic, quod genus cum sit, non est species: & rursus, supra quod nullum aliud omnino genus transcendit. Speciem verò imma hoc pacto: quae species cum sit, non est genus: & rursus, quae species cum sit, alias in species diuidi nequit. Et insuper, quae de pluribus differentibus numero, ipso quid est praedicatur. Media verò, quae his interiacent, alia aliorum alternis genera speciesque vocant: atque unumquodque ipsorum speciem esse genusque statuunt, non respectu tamen eiusdem sed diuersorum. ea enim quae ante speciem imam usque ad summum genus ascendunt, & species & genera alternis dicuntur: ut Agamemnon, Atrides. & Pelopides. & Tantalides, ac tandem Iouis filius. Verum in familijs quidem ad unum velut Iouem, plerumque principium ipsum reducitur: in generibus autem non ita res sese habet. Non enim ipsum ens, unum omnium genus commune est, nec uniuersa generis eiusdem supremo, scilicet in genere, ut Aristoteles inquit, euadunt: sed in praedicamentis prima genera decem, quasi

quasi principia decem prima ponantur: Et si enim omnia quis entia vocauerit, æquiuocè (inquit) & non uniuocè vocabit. Nam si ipsam ens commune omnium genus esset, uniuocè uniuersa profectò entia dicerentur. Cum autè sint decem prima cõmunicatio nomine tantũ, haud verò & ratione, ad id nomẽ accõmodata est.

HÆC est secunda pars huius capituli, in qua, uti in principio proposuimus, Porphyrius constituit inter definitiones, quas paulo ante assignauerat differentiam quandam, quã & in familijs, & in prædicamento substantiæ declarat. est autem differentia, quod definitio illa, *quæ de pluribus differentibus numero in eo quod quid prædicatur*, tantum potest cõuenire speciei infimæ, & quæ tantum est species, aliæ verò infimis, & subalternis. quam rem, ut planius intelligeremus in prædicamento substantiæ, & in familijs, cũ quibus series prædicatorum quandã similitudinem habent, nobis patefacit sunt etenim in prædicamentis aliqua, quæ sunt tantũ species, & aliqua, quæ sunt tantum genera, alia verò, quæ sunt genera & species, sed diuersorum respectu. nã homo tantum est species, substantia verò genus, animal species uiuentis, & hominis genus, & sic omnia intermedia, quia habent duas habitudines. nam, ut diximus, & genera sunt, & species. extrema verò vnã habent duntaxat, ut pote quæ aut sint tantum genera, aut species, nunquã verò esse possint genera, & species. ad eũdem modum in familijs, aliquis tantum est filius, alius tantum est pater, atque principium, alius verò & pater & filius. Agamennon sit filius, Atrides pater Agamennonis, & filius

lius Pelopis, & sic vsque ad Iouem, qui ex figmentis quorundam poetarum, tantum est principium, & pater. differunt tamen genera, atque familiæ. quod in familijs plerunque venimus ad vnũ primum omnium principium, quod in generibus non continget, in quibus ad decem genera primo diuersa est veniendum, quæ non habent commune genus, nam ens æquiuocum est, & non uniuocum, aperta est hæc secunda pars in Porphyrio, & varias declarationes horum omnium habet primum genus, infima species, subalterna species, ex quibus illud, quod in principio diximus elucescit. non posse inquam, vnã habitudinem speciei sine altera bene explicari.

Sunt tamen in hac parte duo, quæ rem dubiam faciunt. primum, quo pacto in specie infima non sint duæ habitudines? quinimo Porphyrius asserat, ad superiora, atque inferiora in specie infima, non esse diuersam habitudinem, sed potius eandem. Cum idem in superioribus duas definitiones, & quidem differentes, assignauerit? vnã, qua referretur ad genus, alteram, qua de indiuiduis diceretur. Secundum, an infima assignatio, illa inquam, *quæ de pluribus differentibus numero in eo quod quid est prædicatur*, possit omni speciei quadrare? quia sol non habet plura differentia numero de quibus prædicatur. imò ex sententia Aristotelis forte nulla natura immaterialis potest habere plura differentia numero, de quibus dicatur. primo dubio respondemus facile, Porphyrium non negare, quin species, etiam infima, superiora, & inferiora diuersa ratione respiciat. nam inferiora, uti idem Porphyrius fatetur, continet, a superioribus verò continetur. quæ habitudines sunt sanè diuersæ. nam hac de causa plures definitiones assignauit, subiicitur nanque. & prædicatur, negat tamen fieri posse, ut aut species infima sit genus, aut primum genus species, quod bene ut exposuimus

In Caput

in hisce, quæ erant media fiebat, quamobrem ad vtraque eadem habitudinem esse affirmavit. non quod re vera absolute sit vna, atque eadem, quemadmodum nos probauimus, sed quia vel nomine semper est eadem: siue ad superna referatur siue ad infera, semper enim est species. vel quod est eadem secundum substantiam sicuti Boetius exposuit, quod nos inferius declarabimus: siue (quod ego verius iuxta intelligentiam Porphyrij esse puto) quod illa habitudo, aut habitudines non sint sic diuersæ (quod paulo antea diximus), ut hominē efficiant speciem, & genus. nam semper, licet diuerso modo, est species. sic enim infimæ sunt diuersæ ut nunquam ea, quibus conueniunt, possint efficere genera, aut supræmæ, species. quod bene faciunt habitudines aliæ mediæ ut Porphyrius in hoc capite est autor.

Circa secundum, solet esse maior concertatio: ego tamen ex multorum sententia sic statuo. esse aliquas species, quæ per naturam plura indiuidua, aut habere possunt, aut habent, sicuti modo habet homo, & habere potest rosa, quando est in suis causis, & de his, non est dubium, quin habeant differentia numero, de quibus possint prædicari. sunt autem aliæ, quæ natura neque habent, neque habere possunt differentia numero de quibus dicantur, bene tamen potentia supernaturali: sicuti in sole, atque in alijs astris apparet. quibus etiam, prout ratio postulat, conuenit, ut sint apta de pluribus prædicari. (ni uoluerimus aliquo modo errare in assignatione vniuersalis, quæ naturæ conuenire possint auferentes, propterea quod vnicum duntaxat indiuiduum reperiatur) sunt postremo aliæ, quæ secundum rem, neque etiam per diuinam potentiam habere possunt plura differentia numero de quibus dicantur, quales sunt ex D. Thoma (nam opinionem Scoti, atque aliorum missam facimus in præsentiarum quod hac omnis dubitatio, si vera est adimatur) naturæ immateriales, quæ seipsis sunt

De Specie.

33

sunt hæc, utpote quæ non habeant materiam, ratione cuius in plura diuidantur, & de hisce est maior dubitatio. nos tamen prætermittam aliorum sententia, qui dicunt speciem, aut magna ex parte explicari, quemadmodum Porphyrius, qui hæc introductionem composuit, in antepredicamentis, & plures ex senioribus asserunt. aut per proprium, quod conueniat soli, sed non omni, quemadmodum declararunt alij, respondemus hanc definitionem ipsi etiam, de quibus dubitamus, quadrare, & primo ex communi consensu, quo has etiam naturas species appellamus. probatur secundo, definitiones, quibus huiusmodi naturæ explicantur id ipsum patefaciunt. sunt enim communes, nullumque nomen in eis est positum, aut poni potest, quod non sit commune, & vniuersale, quapropter de natura ipsa, quam voces ipsæ significant, eadem profecto ratione erit philosophandum. ac proinde consequitur sane, ut spiritalis quoque natura sit apta ut de multis dicatur. si quod vero est impedimentum, quominus habeat plura differentia numero actu, totum profecto ex principio indiuiduationis nascitur. quod si rursus nobis obijcias, absque termino non posse consistere vllum relatum, qui cum debeat esse in hac parte, plura differentia numero, quæ nulla, ut fateris potentia in huiusmodi naturis inueniri possunt, consequitur sane, quacumque id fiat causa, huiusmodi naturas species esse non posse: si bene à Porphyrio natura speciei in vniuersum fuit declarata: neque absque termino videamur constituere aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid. respondemus, in huiusmodi relatis, quæ sunt posita in aptitudine non esse necessarium, ut terminus existat actu ad hoc, quod sit alterum relatum, quemadmodum ex sententia Scoti, & Caietani declarabimus in predicamento eorum, quæ sunt ad aliquid. præterea non est necessarium in huiusmodi relatis rationis, quod terminus reperiatur in rebus absque actione intellectus, aut saltem quod esse possit, sed suf-

E ficiet

In Caput

ficiet illius esse obiectiue in intellectu, a quo habet quod sint prædicata, & subiecta, ac proinde quod sint ad aliquid. in quo bene possunt differentia numero eo modo intelligi, quo natura illa cum vniformi ratione ad plura relucet, quemadmodum ex illius definitione, quæ est etiam communis, vt fuit a nobis probatum, manifestissime apparet. quod si rursus obijcias tunc temporis nostrum intellectum sibi fingere terminum, quemadmodum solet aliquando in seipso hippocentaurum, & chimeram, & aureos montes formare: hoc postremum negamus. quia naturæ illæ habent etiam secundum rem definitionem communem. quapropter non est necessarium nostrum intellectum fingere, ad hoc, quod videat ipsam aptam de pluribus prædicari. quæ omnia tibi fient apertiora si repetas ea, quæ diximus esse necessaria, ad hoc, quod fiat, aut sit aliquid vniuersale, & in hunc modum explicamus ea, quæ Porphyrius docet in hac secunda parte huius capitis.

Genera igitur sunt summa quidem decem: species autem inæ numero quidem sunt, aliquo, at non infinito. Individua vero qua sub imis collocantur, sunt infinita.

Quapropter descendere à summis usque ad ima Plato iubebat, ibique stare: descendere vero per media differentijs specificis diuidentes, infinita autem omittere: neque enim cadere sub scientiam posse. Cum igitur ad imas descendimus species, transire per multitudinem diuidendo necesse est: at cum ad summa ascendimus genera, in unam multitudinem ipsam colligamus.

opor-

oportet. Species enim in unam naturam multa congregat, & magis id etiam genus. Particularia vero ac singularia unum contra in multa semper diuidere videntur. Speciei quippe communicatione, homines complures homo unus sunt: at unus atque communis, ipsis particularibus plures. Singulare namque diuisum semper est ipsum, vero commune, collectum, unius suapte natura efficax. Assignato vero genere, specieque quidnam utrumque ipsorum sit, cum genus sit unum, species vero plures (diuisio namque generis in species plures semper est) genus quidem semper de specie prædicatur, omniaque omnino supera de inferis semper dicuntur: species vero neque de propinquo sibi genere, neque de ullo supero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine, prædicetur oportet: minora vero de maioribus non oportet: non enim animal hominem esse dixeris, qualiter hominem animal esse dicas. Atque de quibus species prædicatur, de his & speciei genus, & genus etiam generis, usque ad summum genus necessario prædicatur. Nam si verum est dicere, Platonem hominem, & hominem animal, & animal substantiam esse.

E 2 esse

esse: verum, & Platonem animal dicere, & substantiam. Cum enim supra semper de inferis predicentur, species quidem de individuo, genus autem de specie ac individuo: summum verò genus & de genere, vel de generibus, si plura media subalternaq; sint, & de specie atque individuo predicabitur. Summum enim de generibus, & speciebus, ac individuis omnibus predicatur: illud autem quod est ante unam speciem genus, de uniuersis imis ac individuis dicitur: ea verò que est solùm species, de omnibus individuis predicatur: individuum autem de uno solo particulari.



MAEC est tertia pars, in qua Porphyrius tradit nobis quædam documenta, quibus commodius series categoriarum, & quæ illic sunt agenda, intelligamus, ex quibus est primum, genera prima esse decem, species vero plures, sed definitas, individua verò infinita, qua vna de causa ex præcepto Platonis descendentes, in specialissimis debemus quiescere, & infinita illa relinquere, quorum non potest esse scientia: ascendentes vero inductione ab individuis ad superiora, sistere in primis generibus. quo in loco quis posset rogare primo, quo modo individua sint numero infinita, cū ex tertio libro de Physica auscultatione nullo modo infinitum aut magnitudine, aut multitudine reperiri possit? secundo, quo pacto species in eodem numero non reperiantur, cum species numero

rum sint omnibus individuis: aliarum specie tum: quæales? (crescit enim numerus, & semper fit noua species si aliud numero addamus, sicuti ostendimus in categoria quantitatibus) primo dubio ex eodem Aristotele facile satisfacimus. nam cum multis modis infinitum dicatur, in hoc loco accipitur non secundo, sed tertio modo, est enim infinitum secundo modo, quod habet transitum, qui fine, & termino caret: non quia non possumus nos ipsum percurrere, sed quia non deficit ipsum. tertio verò modo infinitum ex eodem Aristotele dicitur, quod terminum habet, quem nos vix, atq; ægre peragimus: quo modo oceanum dicimus infinitum, quod non possumus vndiq; nauigare, quo pacto individua quoq; infinita appellamus, quia non possumus omnia enumerare: nã aliàs quo modo individua infinita numero appellaret, cum omnis numerus sit finitus, quia numerabilis: tertio igitur modo usurpatur infinitum hoc loco à Porphyrio. Abij, quia species dixit numero aliquo esse finitas, individua verò esse infinita, & non addidit infinita numero, sic loci interpretantur. individua sic esse, & dici infinita, quod sine incertis, utpote quæ sint mutationi obnoxia, aut indefinita. quia de definitione carent, quibus accedit illud, quod paulo post subdit Porphyrius, individua esse relinquenda, quod non sit eorum scientia. Curus causam, cū infinita esse dixit, proculdubio assignauit, quæ propter non videntur inepte infinita, id est, incerta, & absq; definitione interpretari. species verò, quatenus ad seriem predicamentorum attinet, finitæ sunt omnes, & certâ quidditatem atq; definitionem habent.

Hoc primum documentum aliud ex Platone consequitur quod Aristoteles etiam in primo libro de posteriori resolutione probauit, vbi aut diuisione, aut collectione rem aliquam in prædicamentis inuestigare nos docuit, quod Porphyrius innuit in hoc loco. quinimo Porphyrius reddit rationem,

ob quam diuidentes debeamus descendere, colligentes verò ascendere. quia species indiuidua colligit, sicuti genera species, quæ rursus in species diuidimus per differentias. quod ea ratione visus est mihi Porphyrius probasse, quod plures homines participatione speciei, sint vnus homo, & ad eundem modum plura animalia participatione vnus generis, sint vnus animal. quæ locutiones, causa illius additionis, participatione speciei, aut vnus generis, verè enunciantur, absq; illa vero absolute sunt falsæ, nam plures homines non sunt absolute vnus homo. Est ergo secundum hoc documentum ad inuestigandum aliquod genus, aut prædicatum, quod in categorijs est collocatum. Quod si à nobis in hac re causam exigas propter, quam de indiuiduis non sit scientia? ea apud Aristotelm est potissima, quod neque definitionem habeant in qua semper ponuntur communia, neq; demonstrationem: & hæc ratio probat in vniuersum quod indiuiduorum non sit scientia, quod aliæ rationes, quod sint incerta, quod corruptibilia, non efficiunt, nam sumi posset indiuiduū quod esset incorruptibile, & certum neq; ob eam rem a categorijs, sunt reijcienda, vt Aristot. in categoria substantiæ, & in decimo & octauo capite primi libri de posteriori resolutione nos docuit: sunt namq; prima subiecta, verum est non oportere nos sic in eorum enumeratione esse sollicitos, sicuti in specierum numero & ordine, quod omnia, quæ sub eadem specie continentur, habeant vnā, atq; eandem rationem. *in primis ab p. 3.*

Est tertium documētum. cū genus sit vnū, species vero plures (nam in plures species semper genus diuiditur) necessariū est genus de speciebus, & superiora omnia de inferioribus, & paria de paribus prædicari. minora vero de maioribus non prædicantur. vt animal prædicabis de homine, & risibile pariter: de animali vero hominem non prædicabis: sicuti in primo capite a nobis fuit declaratum. de quibus vero homo prædicatur, & superiora omnia prædicantur: nam si species de indiuiduis, & genus de specie prædicatur, & de indiuiduis illius speciei prædicabitur, generalissimum verò de generibus, speciebus, atq; indiuiduis prædicabitur, quia hic omnibus est superius, hoc documentum est Aristotelis in antepredicamentis, quando alterum de altero prædicatur, & inuariatq; ad categorias, maximeq; ad eam, quæ est substantiæ.

De Speciebus 36.

Est tñ in eodem apud dialecticos dubitatio, an semper genus in plures species diuidatur, & hoc in plura, quæ differunt solo numero, an vero aliquādo possit euenire contrariū, quidā sibi persuaserūt postremū, quod in specie hoc sit apertissimū, & vniufq; ex definitionibus eadē videatur ratio. ad hæc etiā secundo sumpsit vnica duntaxat esse specie, rogabo an tunc possit esse genus? & necessariū est quidē, vt genus quoq; esse fatearis, quia sunt eorū, quæ sunt ad aliquid, & vnū nequit esse, atq; alio secūdo etiā rogabo, quā ob causam secūda in specie speciei nō possit cum sola vna natura cōmuni copulari, & illa quæ est indiuidui cū vna natura cōtracta, & singulari? quod si semel admittas, necessariū est etiā fatearis, gen^{us} in sola vna specie cōseruari, & hæc in solo vno numero atq; indiuiduo quia hæc omnia sunt ad aliquid, tertio in homine est integrum animal, quo modo ergo in eo solo genus esse negabimus? Porphyrius, atq; Aristot. tenent cōtrariū. illiusdem in fine generis, & in hoc loco, quæ explicamus, & fufius, atq; apertius multo in capite de cōmibus, & proprijs istorū prædicatorū, hic verò in primo libro de locis argumentorū, & in quarto libro eiusdem artis topicæ, & in septimo libro prima philosophiæ, & in definitionem secūdo ea manifestissime, comprobabunt, quæ de genere diximus in secundo capite, vbi satis aperte ostendimus leges, quæ debet habere animal vt sit genus, ex quibus efficit, genus non posse cōseruari in vnica specie.

Tertio hac vnica ratione præter ea, quæ illis diximus,

totum hoc declaratur genus, cum diuisione trahatur ad species in; necessarium est habeat plures species, alias e medio tolleretur naturam diuisionis, quæ vnum aut ad plura trahimus, sicut in plura fecimus, quam obrem argumentis aliorum respondeamus in quibus, primo accipiamus hoc dubium circa fundamenta solum, & non circa secundas notiones versari. in quibus in genere aut species, vti definitiones ipsorum ostendunt, est in hac parte æqualis ratio. nam quemadmodum genus de speciebus, sic species de pluribus, quæ solo numero differunt, predicatur: quam ob causam multa diximus in superioribus de modo, quo sunt, aut esse possunt species, sicut phoenix, atque natura immateriales. in fundamentis vero in genere, & tunc specie, non est eadem ratio: species namque non diuisione formalis, sed conuersione solum ad vnum, vel plura indidua trahitur, quare in vna phoenix, & sole integra natura species, quatenus est fundamentum secunda intentionis optime conseruatur, quod in genere locum non habet, cum diuisione essentiali per oppositas differentias ad plures species trahatur, necque sic genus, si huiusmodi potestatem non habeat, ex quibus primo argumento abunde est satisfactum. Cum in secundo argumento vnicuique indidua statim speciem statuis, si quatenus est relatum, & genus aliquo modo inuoluit accipiat, dico, circa non integrè, sed secundum partem nos intelligere illud genericum predicatum, quod quidem sic habere deprehendentes in definitione vnius illius speciei illud, quod vocas genus volueris collocare, ad hæc enim secundum potentiam in plus erit illud predicatum, quare tunc temporis non erit integer terminus alterius relati sed inæqualis, & partialis ratio. In tertio argumento expediet consideremus, oportere ad hoc quod aliqua sit species habeat in se intellectum generis, quæ si quidem vna species nunquam poterit retinere nisi concipiamus secundum aptitudinem plures species, vti enim homi

hominem intelligas conceptu speciei, necessarium est in eius intellectu inuoluis animal, vti genus, ac proinde vti aptum est esse in pluribus speciebus, tanquam alterius relati terminum quare iam in intellectu hominis, vti est species, cum genus inuoluis, inuoluis etiam secundum aptitudinem plures species. facile erit ex eis, quæ diximus, respondere quarto argumento. est enim in homine secundum rem totum animal, non tamen secundum potentiam generis a solo homine comprehenditur. cum sit necessarium vti diximus quod habeat alias partes, quæ toti potentiæ subiiciantur. alias enim ex sola vna parte totum potentiale constaret, quod est repugans, & aperte falsum, totum enim partium est, & non partis.



Individuum autem dicitur Socrates, & hoc album, atque hic accedens Sophronisci filius, si solus Socrates illi filius est. Indidua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus quidque constat, quarum idem aggregatum nunquam in alio fiet. Socratis namque proprietates nullo in alio particulari eadem fient. Hominis autem, communis dico, proprietates eadem in pluribus, imò verò in omnibus particularibus hominibus, quatenus homines sunt, fiunt, atque inveniuntur.

HÆC est quarta pars huius capituli, in qua de indiduo suscipitur disputatio, quo in loco vt longissimam disputationem, de principio indiduationis, quod ad præ-


sens institutum parum faciat, missam faciamus. in primis est considerandū, individuum (vnde cunq; illud habeat) quia non est diuisibile in inferiora, nō posse de pluribus predicari, neq; habere cōmunes proprietates, sicuti habet homo, & alia, quæ habēt subiectiuas partes, de vno tñ optime predicatur, ad quē nō est necessariū habeat subiectiuas partes, quā obrē duobus modis a Porphy. explicatur primo, *individuum est, quod de vno tantū predicatur.* rursus & alio modo secundū reales proprietates, *cuius collectio proprietatū, quæ in vno inuenitur, nō potest reperiri in alio.* hæc est explicatio, quæ dā per proprietates. circa hæc, quæ dixim⁹, posset aliquis tria percōtari, vñū, an de quocunq; individuo definitio illa, *quod de vno tantū predicatur,* intelligatur. Alterū an Porphy. in hoc loco sit cōtrarius Aristoteli in antepredicamentis, & in capite de substantia, in quib⁹ locis rationē predicati a singularibus abstulit. Aliud verō quod sit sentiendū in hac parte de individuo vago, primū apud Porphy. est planū, & facile. ille enim individua accidentis, & substantiæ cōplectitur, cū de hac re verba facit in capite de genere, & in hoc capite, vti in appositione explorū patet. Neq; secundo est Aristot. cōtrarius, qui predicationem secundū nomen, & definitionē ab indiuiduis abstulit (neq; enim habent definitionē, vti paulo ante declarauim⁹) nō tñ idē Arist. negaret secundū naturā, aut aliquo alio modo hoc albū, & Socrate de vno predicari. iā vero indiuiduum vagū non habet eā naturā, vt simul in pluribus intelligatur: licet successione quadā possit de pluribus predicari. hoc tñ nō tollit rationē singularis, licet ipsum efficiat, vagū homo vero, & alia quæcūq; species, natura sua vna cū sit, per intellectum potest simul in multis considerari. quo modo, longe diuersa ratione & ab individuo vago separatur, & facit predicatum artis, & vt multi exponunt, prædicabile & vniuersale, quod indiuiduum vagum, quia neque per intellectum est aptum, vt simul in pluribus

bus reperiatur, non facit.

Individuum igitur à specie, & species à genere continetur. Genus enim est quoddam totum, indiuiduum autē pars. At species et totum ac etiā pars est: sed vt pars quidē ad aliud, vt totum autem non ad aliud dicitur, sed in alijs. Totū enim in ipsis partibus est. De genere igitur atq; specie, & quidnam sit summum genus, & quid vna species, & quæ sint eadem genera species ve, quæ præterea sint, indiuidua, & quomodo genus speciesq; dicantur, satis iam explicauimus.

Ultima est postrema pars huius capitis, in qua illud solum necessarium est explicare, cur species non in diuiduorū, sed in indiuiduis dicatur: quia ex consensu multorum ille est proprius modus, quo in hisce assignationem facimus: sicuti consonantiā non numerorum, sed in numeris dixit Aristoteles in libris de locis argumentorum: neq; aliud mysterium latet, nisi fortē dicas, indiuiduum formaliter non relationem, sed diuisionis negationem significare, ob eamq; re debere nos alijs nominibus vt vt significemus res singulares, vt terminos speciei relati, nam plura alia habēt nomina: dicuntur, enim indiuidua, singularia & pluribus alijs vocibus quas fortasse in categoria substantiæ explicabimus. interdum tamen aut consuetudine, aut penuria nominum vnum pro alio accipimus, aut ad aliquid formaliter significandum modo hoc, modo illud vsurpamus. &c.

Caput

Caput sextum in quo agitur de
differentia.


NON est quod iam in dubium reuocemus disputandum ne esset Porphyrio de proprio, aut communi, accidenti, antea quod de differentia disputaretur? ea enim, quae in disputatione de genere, & de specie contra progressum huius introductionis obieciimus, causam ostendunt, propter quam necessarium erat, ut ante alia explicaretur differentia, cuius commentationem nos diuidimus in duas partes. in prima exponit Porphyrius omnes diuisiones differentiae. in secunda assignat quinque definitiones, quae nos quae potuerimus fide, & breuitate interpretabimur.

DE DIFFERENTIA.



Differentia uero, & communiter, & proprie, & propriissime dicitur. Differre namque, quippiam communiter dicitur, cum diuersitate aliqua quouis modo aut a seipso, aut alio differt. A Platone namque Socrates diuersitate aliqua, atque a seipso puero uir factus, & a agente non agens differt. Et semper hac differentia in ipsis est sanè diuersitatibus, quae consistunt in hisce,
quae

quae cum interrogamus quo modo res sese habet, assignari reddi solent. Proprie uero aliqua differente dicuntur, cum inseparabili differunt accidenti. Et inseparabile quidem accidens est, ut caeruleus oculorum color, ut simitas, ut cicatrix callo ex uulnere inducto. At propriissime quippiam a quopiam differre dicitur, cum specifica differentia differt: qualiter ab equis homines specifica rationalis differentia differunt.



ST igitur prima diuisio differentiae in communem, propriam, & magis propriam. in qua, primo declarabimus rationem diuisionis, secundo proprias naturas, & conditiones eorum, quae diuidunt. tertio atque postremo exempla, quae Porphyrius apponit: quod etiam in alijs diuisionibus efficiemus. diuisio quidem est analogi in analogata, quod non ex æquo differentiae omnes faciant differre, sed communis, & propria faciunt analogia, & proportionem quadam, quae ad formam debet reuocari. cum differentia omnis diuersum faciat. subdit tamen multa, ex quibus intelligimus, differentias omnes non idem simpliciter praestare. quaedam enim illud faciunt per se, alia uero per accidens. quam obrem omnes fere ad unum philosophi hanc diuisionem in hunc modum explicarunt: licet his argumentis aliorum sententias, qui dicunt, diuisione generis in suas formas, & species, differentiam in communem, propriam, & magis propriam secari, (qua inquam
ratio

In Caput

ratione faciunt differre & non qua prædicantur,) minime a-
pertissime reijciamus, nam diuersa illa ratio, qua faciunt dif-
ferenter differre ex differentijs, quæ diuidunt, nõ ex eo, quod
diuiditur (vt dicunt) nascitur, quæ autem sint istarum differ-
tiarũ cõmunia, & quæ propria, quibus inter se possint discer-
ni, Porphyri' explicat latissime in hoc eodẽ capite, & in hac
diuisione aliqua ex parte significauit. cõmunis enim debet ef-
se accidens separabile, quod in his cõmutationibus, in quibus
rei modus, & quo modo se habet res, spectatur. vocatur autẽ
differentia communis, q̃ cum neutri extremo sit propria, ea
vulgus passim vtatur, vt Socrates quiescens differt à Plato-
ne, vel à se aliquid agente, & iuuenis a seipso puero, aut ado-
lescente. differentia propria est accidens in separabile, siue a
principijs indiuidui, siue aliunde nascatur, vt limitas: vocatur
propria, quia est accidens inseparabile: talis quantitas, & ci-
catrix cum obcaluerit. vbi debes animaduertere Porhyriũ,
nõ de proprio, quod nascitur ab specie, sed de accidenti inse-
parabili indiuidui verba facere. quod primo ostendunt exẽ-
pla, quæ ex huiusmodi accidẽtibz fuerũt apposita, & discrimi-
na, quæ interpropria, & specificã differentia assignãtur in
hoc eodẽ capite, nam propria speciei, sicuti neq; essentia, non
admittunt magis, aut minus. illa vero quæ faciunt differentia
propria bene suscipiũt magis, est enim magis crispus, aut mi-
nus, quod proprio ex sententia Porphyrij, quia essentiam cõ-
sequitur non potest quadrare. Secundo proprium indiuidua
nõ separat, neq; etiam essentias, licet sit indicium essentiarũ:
ob eamque rem pro differentia sæpe vsurpatur: & voca-
tur nõ differentia, sed indicium differẽtiarum. nam ante cuius
cunq; proprii contemplationẽ essentiæ sunt specificis differ-
tijs & constitutẽ & separatẽ. indiuidua vero eadem propria
habent. Propriissimam differentia multis explicauit Porphy-
rius in hoc eodem capite. neq; est necessariũ has omnes diffe-

ren-

De Differentia.

40

rentias inter se re ipsa separari, vtpote quod albedo in vno sit
differentia communis, in cigno, atq; in alijs propria, non tũ
eadem sed diuersa ratione. in exemplis appositis deberemus
explicare quo modo iuuentus, & aliæ differentie cõmunes ef-
sent separabilia accidentia, & quomodo ab indiuiduo nasce-
rentur. veruntamen de hisce in tractatione de accidenti erit
disputatio, vbi accidens separabile, & inseparabile erit nobis
explicandum.

Quoniam igitur in vniuersum differentia, diuer-
sum alicui adiuncta facit: sed cõmuniter qui-
dem & proprie differentia, diuersum per ac-
cidens faciunt: propriissimè verò diuersum per se, quod
quidem & aliud dicitur. Differentia igitur qua di-
uersum per accidens faciunt, tantũ differentia: quæ
verò aliud ac diuersum per se, differentia specificæ
nuncupantur. Animalis namq; differentia rationalis
adiuncta, aliud sanè ac animalis speciẽ facit: motus
autem additus, diuersum à quiescente tantũ modo
fecit: hæc igitur aliud, illa diuersum tantũ fecit. Diffe-
rentijs igitur hisce quæ faciunt aliud, diuisiones gene-
rũ in species fiunt, & definitiones etiam assignãtur
quæ quidem ex genere talibusve differentijs constãt:
ceteris verò diuersitates per accidens tantũ emer-
gunt, eius quo de qualiter sese habet interrogatur.

Hæc

In Caput

HÆC est secunda diuisio differentiarum. Cum differentia omnis faciat diuersum, &c. (intellige analogia, & proportione quadam quia non est diuersum absolute ubi non est diuersitas essentia) omnia, quæ traduntur a Porphyrio in hac diuisione sunt aperta, neque indigent commentatione nostra, quam obrem ad alia gradum faciamus.

Ursus igitur à principio differentiam diuidentes, differentiarum alias separabiles alias inseparabiles dicimus esse. Moueri namque atque quiescere, & valere ac egrotare, & que sunt similis generis, separabilia sunt: aquilinum autem esse vel simum, & rationale & irrationabile, inseparabilia sunt.

HÆC autem est tertia diuisio, quæ in vniuersum rursus a principio diuidit differentiam. differentiarum alia separabiles, alia inseparabiles. quo loco quispiam possit dubitare, quæ fuerit necessitas propter quam rursus a principio differentia diuidatur, & quo pacto hæc diuisio ab alijs possit separari? quod ea de causa crederem fuisse factum ut commodius explicarentur modi inseparabilium differentiarum. iuxta quos habet hæc diuisio diuersam rationem ab alijs. est enim agendum de differentia quæ est per se inseparabilis.

In separabilium rursus alias per se, alias per accidens esse. Rationale namque & mortale, & suscepti-

uum

De Differentia.

41

Unum esse scientia per se homini competunt: at aquilinum esse, vel simum per accidens. & non per se competit. Quæ igitur per se competunt, in substantia ratione sumuntur, & aliud faciunt: quæ vero per accidens competit, nec in substantia ratione sumuntur, nec aliud faciunt: sed per accidens diuersum. Et hæc quidem, quæ per se competunt, nec intendi nec remitti volunt: quæ vero per accidens, etsi inseparabiles sunt, intensionem remissionemve suscipiunt. Neque enim genus magis minusve de eo cuius est genus dicitur, neque generis differentia, quibus in species genera diuiduntur. Hæc namque sunt, quæ cuiusque rationem consiciunt. At vniuscuiusque ratio una est, eademque, nec intensionem nec remissionem ullam suscipiens. Simum enim esse aut coloratum intenditur atque remittitur.



HÆC est quarta diuisio qua diuiditur differentia non quidem in vniuersum sed ea tantum, quæ est inseparabilis inseparabilium alia per se diuersa, alia vero per accidens vel simum. quæ multum inter se differunt: nam quæ sunt per se inseparabiles, in definitione ponuntur, faciunt aliud secundum essentiam, alia vero nihil horum habent, adhæc, quæ sunt per se inseparabiles non suscipiunt magis, neque minus: alia vero etiam quæ sunt inseparabiles per accidens, suscipiunt, quod

F hoc

hoc argumento Porphyrius probauit, esse est unum neq; intentionem suscipiens neq; remissionem, ergo ea quæ constituunt esse quale est genus, & inseparabiles differentie eodem modo se habebunt. Antecedens ponitur ibi, *ut dicitur cuiusque ratio* &c. quod probari potest ex illo Aristotelis, *essentia sunt sicut numeri*, illud tamen ut certum Porphyrius sumpsit in hoc argumento ob eamq; rem neq; nos id probabimus, aliud vero quod deinde sumitur cū dicitur, *neque enim genus* &c. partim probatur consensu, quia genus non dicitur magis minus ve genus, neq; generis differentie, quibus in species genera diuiduntur, partim vero ratione quia conficiunt ratione & definitionem, ac proinde si magis aut minus susciperent, & ratio ipsa, atq; definitio susciperet.




QUam igitur species differentiarum tres ita appareant, & earum alie sunt inseparabiles, alie separabiles: & inseparabiles quide de aliis per se, alie per accidens: differentia rursus per se, rursus alie sunt per quas in species diuiduntur genera: alie per quas ea quæ sunt diuisa constituntur, Veluti differentia per se animalis hæ sunt omnes *animatum, sensitiuum, rationale ac irrationale, & mortale ac immortale, atq; animati quidem & sensitiui differentia constitutiuæ sunt substantia animalis. Est enim animal, substantia animata sensitiua. Mortale verò ac immortale, rationale ac irrationale, animalis sunt differentia diuisiua. Per has enim*

in species genera diuiduntur. Verum hæ quæ sunt generum diuisiua, constitutiuæ sunt specierum: nã animal per rationale ac irrationale, & per mortale rursus ac immortale diuiditur: sed mortalis quidem rationalis ve differentia, constitutiuæ sunt hominis: rationalis vero ac immortalis, Deorum: irrationalis autem atq; mortalis, animalium expertiũ rationis. Sic & substantiæ supremæ, animatum atq; inanimatum, sensitiuum atq; insensitiuum differentia cum sunt, animatum & sensitiuum una cum substantia sumptæ animal confedere: animatum atq; insensitiuum, plantam. Cum igitur eadem differentie partim constitutiuæ sint, partim diuisiua, uniuersæ specificæ nũcũ pantur. Atq; his opus est maxime ad generum diuisiones, & ad definitionis conficiendas. Sed nõ illis alijs quas separabiles esse aut inseparabiles diximus.

HIC ponitur quinta diuisio differentiarum, quæ in hunc modum habet. differentiarum quæ per se sunt inseparabiles, alie sunt, quæ diuidunt genus, alie vero, quæ constituunt species: ut corporeum diuidit substantiam, & constituit corpus, & rationale diuidit animal, & constituit hominem. neque est necessarium separètur re, sed factis superque est separari ratione. nam licet fieri possit, vt diuersæ sint differentie diuisiua, & constitutiuæ una tamen, atq; eadem, licet diuersa ratione, vtrunq; habet, vt in eis, quas

apposuitur gratia exemplorum, apparet rationale enim di-
uidit animal, & constituit hominem, & his est opus ad diuisio-
nes generum, & constitutiones specierum, non alijs, quae sunt
interparabiles per accidens, & multo minus his, quae possunt
separari, & communes vocantur.



H A S itaq; desinentes, differentiam
inquirunt, eam esse, qua species ge-
nus excedit. Homo namque supra
animal, rationale, mortaleq; ha-
bet. Animal enim, neque nihil
istorum est (vnde enim differentias species habe-
rent?) neq; omnes oppositas habet: idem enim oppo-
sita nimirum haberet. Sed ut censent, poten-
tia quidem omnes eas differentias habet quae sub
se sunt, actu autem nullam. Atque hoc pacto
neq; ex non entibus sit, neque circa idem opposita si-
mul erunt.

Desinunt autem ipsas & hoc pacto. Differen-
tia est id quod de pluribus & differentibus specie, hoc
ipso quale quid est predicatur. Rationale. n. et mortale
de homine, hoc ipso quale quid est homo, sed non hoc
ipso quod est predicatur. Nam si interrogabimur quod est
homo? accommodate dicimus, animal. At si quale

ani-

animal est interrogabimur? rationale mortaleq; ac-
commodatissime respondebimus. Nam cum res e
materia formaq; constent, aut ex talibus quae instar
illarum sint, ut statua ex are quidem, ut ex mate-
ria constat, ex figura autem, ut ex forma: sic & ho-
mo communis, qui quidem est species, ex genere diffe-
rentiaq; constat, similitudinem rationis subeuntibus
cum materia atq; forma. totum autem hoc animal
rationale mortale, est homo, ut istis est statua.

Describunt tales differentias & hoc modo.
Differentia est id quod suapte natura ea, quae sunt,
sub eodem genere, separat. Rationale enim, atq; ir-
rationale, equum & hominem quae sub eodem, ut
patet, genere, quod quidem est animal, collocantur,
separant.

Insuper & hoc modo assignant: Differentia est
id, quo singula differunt. Homo enim & equus
genere quidem non differunt, & nos enim animalia
sumus, & ea quae sunt, expertia rationis: sed additum
rationale, nos ab illis serunxit. Deij quoq; & nos
rationis participes sumus: sed mortale adiunctum,
nos ab illis distinxit.

Exactius autem, ea, quae ad differentiam pertinet

pertractantes, differentiā inquirunt non quoduis eorum esse, quæ separant ea quæ sub eodē genere collocantur: sed id quod ad substantiam rationemq; confert, & quod pars eius est rei cuius differentiā dicitur esse. Non enim aptum ad nauigandum esse, hominis est differentiā, etsi eius proprium est. Dicere nanque possumus animalium alia esse apta, alia nō esse apta ad nauigandum, hominem à cæteris seiungentes. At aptum esse ad nauigandum, ad substantiam sanè nō confert, neq; pars est ipsius, sed aptitudo solum. Propterea quod non est tale, quales sunt hæ differentiæ quas specificas appellamus. Erunt igitur eæ specificæ differentiæ, quæ diuersam faciunt speciem, & quæ in ratione sumuntur. Atq; de differentiā quidē hæc satis sint dicta.

AE C. est secunda pars huius capituli, in qua assignantur quinque definitiones differentiarum perle. est prima, *differentia est, qua species excedit genus.* intellige secundum actum, nā potentia plures differentias, q̄ homo, habet animal, cum habeat eas omnes, quas homo, & æquus habent: & hæc habeant ex potestate animalis, ne in eodem firmo sint opposita actu, neve species suas differentias ex nihilo habeat. de qua re longe aliter quam Aristoteles, senserunt Platonici, qui differentias ponunt in genere actu. legite Ammonium in hoc loco. Definiūt secundo dif-

ferentiā. quod prædicatur de pluribus differentiis specie in quale quid. quo in loco Porphy. probat differentiā prædicari in quale. de qua re nos in capite de genere disputauimus. tertio differentia est, quod nati est diuidere ea, quæ sub eodē genere sunt: quarto differentia est, quæ differit a se singula. postremo quidē atq; exactius, quod ad esse coducit, & quod quid erat esse, et quod quid rei pars est.

In hac tractatione, quæ est de differentiā illud in primis est animaduertendū, Porphyriū solū in animū induxisse, explicare eā, quæ est propriissime differentiā, & huius gratia meminisse aliarū. quam obrem nos etiā declarationē illarum, vbi in caput de accidentibus differentiis, in quo de accidentibus separabilibus est differentiā cōmunis, & de inseparabili, quod est differentiā propria est agendū de propriissima solū disputabimus. in quibus tres, aut quatuor actus reperiantur, diuidere genus, constituit re speciem, & constituit ab alijs discernere, & separare postremo deniq; prædicari primo de ratione constituti speciem, dein de vero de alijs, erit cōmentatio: in qua tria, quæ vniuersum hoc argumentū declarabunt, agitabimus. Primum quo pacto se habeat differentiā, si cōferatur cū genere, quando debet cōstitui re speciem. Secundum, quo modo vna differentiā cū alia conueniat, quando plures faciunt vnam definitionem, atq; eādem speciem. Tertium vt habeat differentiā cū ea, quam constituit specie, quæ licet habeant alium locū apud Aristotē, sunt tamen, quemadmodum in disputatione de genere diximus, & hic necessaria, vt intelligamus eā, quæ de genere, specie, atq; differentiā in hac introductione Porphyrii explicuit. ob eamq; rem aliqua ex parte quatuor illa, quæ paulo ante proposui mus declarabimus, non enim poterunt aliter omnes definitiones differentiæ commode, prout res postulat explicari? primo ergo debemus ostendere quo modo se habeat differentiā cum genere ad constituendam speciem, qua in re oportet

prius modos quibus sensitiuum, & quævis alia differentia po-
 test considerari, referemus. deinde alia omnia, quæ quærimus
 iuxta præscriptum à nobis modum explanabimus. Sensitiuum
 ergo potest vno modo quatenus est res, altero secundum gra-
 dum sentiendi tantum in nostro intellectu considerari, aut
 tertio, quatenus adhuc cum eo perfectionis gradu alios spe-
 ctat, vt perficiatur. Primo modo idem est profus cum specie
 definitione, & genere: autobes sunt ex Aristotelicis plures cū
 septimum librum primæ philosophiæ interpretantur: quo lo-
 co hæc eadem Aristoteles agit. ob eamq; rem modum diffe-
 rentiæ non habet, quia compositio speciei ex genere, & diffe-
 rentiâ, conceptuū est, & non rerum sicuti in disputatione de
 genere declarauimus. in secundo modo iam habet rationem
 differentie: tertius vero non est differentie essentialis, sed ac-
 cidit, sicuti quod sit vltimum, aut subalterna differentia, ex qui-
 bus habebimus plane, illa quæ diximus fore explicanda non
 quatenus differentia est quedam res, sed secundum propriū
 conceptum. Quo modo se habeat differentia cum genere, at
 quæ specie exors, quæ diximus disputantes de natura generis,
 fiet manifestum: est enim actus quidam, qui potentia est in eo
 genere, quod in addendo de eâ huiusmodi speciem, & perficit in
 specie autē iam est actus, vt tota quidditas, aut pars quiddita-
 tis, vt mox declarabimus. quare de illo, quod in tertio loco
 proposuimus, & quod habet maiorem difficultatem, verba fa-
 ciamus: quomodo inquam se habeat vna differentia cum alte-
 ra, quando plures vnam definitionem, aut vnam speciem fa-
 ciunt. libet tamen in primis, quia res est difficilis, certa ab in-
 certis separare si quatenus sunt res differentie ipsæ conside-
 rentur, erunt vna, atque eadem res, animatum, sensitiuum, &
 rationale. nam si genus est eadem res cum definitione, diffé-
 rentia, atq; specie: quo pacto non erit idem iudicium de différen-
 tijs, si eas secundum quod sunt res, aut inter se, aut cum gene-
 re

re, definitione vt, atque specie conferamus: quam ob rem,
 & differentia vocata est ab Aristotele tota quidditas, & vni-
 uersa ipsius rei substantia. si vero secundum rationem diffé-
 rentiæ, de eisdem disputationem instituamus: primo quidā sunt
 arbitrari inferiorē differentiam non includere superiorē
 sed esse diuersas: ita tamen vt inter eas debeat hic ordo serua-
 ri, vt in priori loco post genus superior semper in definitio-
 ne collocetur, & sit veluti in potentia, vt per aliam inferiorē
 perficiatur. quorum sententia primo potest probari, quia ad
 eundem modum quo inferior differentia non includit genus
 (est enim differentia extra genus) neque includet superiorē
 differentiam, quo enim pacto sensitiuum habebit, quod nō ha-
 bet animal. differentia præterea est pars rei, vt autor est Por-
 phyrius in postrema definitione, quæ assignauit differentie
 in hoc capite: non ergo inferior continebit superiorē alias
 nāq; nō esset pars, sed tota substantia: & frustra in defini-
 tione genus poneretur, neq; liceret tertio in vna, atque eadē
 definitione ponere plures differentias, quod idem bis, aut ter
 diceretur si in hunc modum definires hominem, substantia
 corporea, animata, sensitiua rationalis. bis enim diceres sensi-
 tiuum, & in se, & in rationali: si hoc, in sui ratione haberet a-
 liud. hoc autem Aristoteli in libris topicorum aduersatur, v-
 bi docet cum primo genere posse omnes differentias in defi-
 nitione collocari. est etiam & modo definiendi philosopho-
 rum contrarium, quia in vna atq; eadem definitione solent
 plures differentias collocare. Quarto, quid prohiberet diffe-
 rentias inter se differre, si quidem rationale, & immortale ha-
 bent quandam differentiam communem, eam inquam, quæ
 est constitutiua animalis? ex quibus contingeret, vt in diffe-
 rentijs nō esset finis: cum sit necessarium, vt eas faciamus dif-
 ferentes, ac proinde alijs differentijs. Contrarium tenuerunt
 alij, persuasi primo quod Aristo. in septimo libro primæ phi-
 F 5 losophiæ

philosophiæ in duodecimo capite differentiam primam in alias
 differentias inferiores secaret, veluti habere pedes, infillos, &
 non fillos pedes habere, quod nõ potuisset efficere ni superior
 differentia in alijs contineretur. Idem Aristote. Rursus post
 illa, quæ diximus vltimam differentiam, quam, non differen-
 tiam appellat, quod in alias non diuidatur, definitionem &
 substantiam rei esse affirmavit, quo in loco differentiam vlti-
 mam alias continere his argumentis probauit: differentia
 prima in alias diuiditur, ergo vltima est rei substantia, & dif-
 finitio, quem modum colligendi non possemus probare, ni
 superior differentia in alijs contineatur. post hæc autem ab
 effectu id apertissime comprobauit, si quispiam ordinem hu-
 iusmodi definitionũ inuerterit, veluti definitionem homi-
 nis assignando animal bipes, pedes habens, clare videbit pe-
 des habens esse superuacaneum. ad eundem modum dicen-
 do viuens rationale sensitium. neque in causa erit tantum
 quod ordo ille differentiarum sit mutatus, hisce enim in eo
 loco respondens Aristote. subdit. *in substantia autem non est*
ordo, quæ verba dum Alexan. interpretatur, in hunc modum ait
 non igitur ob hoc accidit incommodum, sed quia satis erat ad
 formam, & substantiã vltima differentia cũ genere, neq; pe-
 datum erat assumendũ. de qua re alio in loco nos Christo aus-
 pice disputabimus. tertio vnam differentiam Aristo. de alia
 prædicat in abstrato, nam sectionem pedum in eo loco dicit
 esse pedalitatem, & D. Thom. atque illius auditores has om-
 nes loquutiones admittũt, absq; vlla trepidatione, humani-
 tas est animalitas, rationalitas est animalitas, & sensibilitas,
 (licet enim hoc modo loqui quia non habemus nomina.)
 quod profecto neq; Aristoteli, neq; ipsis liceret efficere, ni
 superior differentia contineretur aliquo modo in inferiori?
 quare iam aliorum argumentis satisfaciamus, est enim hæc
 posterior sententia Aristotelis, Alexandri, & diui Thomæ.
 Pri

Primum sibi obiebat Aristoteles cum ostenderet in duode-
 cimo capite septimi libri primæ philosophiæ, non fieri vnum
 ex genere & differentia per se, quia genus non est particeps
 differentiarum, ac proinde neq; differentia sunt participes
 generis. quibus nos respondemus, genus quidem potestate cõ-
 tinere differentias, non tamen actu & secundum proprium
 & determinatum significatum, & ad eundem modum diffé-
 rentia, quæ constituit superius, secundum indeterminatum signi-
 ficatum dicere alias, quæ sunt inferiores; (alias enim non pos-
 set differentia animalis, aut de ipso, aut de homine & equo,
 de rationali & irrationali prædicari, quod est apertissime fal-
 sum: nam & hominem sensitium, & rationale etiam sensiti-
 uum esse affirmamus, (non disputo de genere, aut modo præ-
 dicationis, quo vna differentia de alia prædicatur) quam ob-
 rem debent etiam superiores differentia esse in inferioribus,
 quandoquidem de ipsis vere prædicantur, quinimo vt proba-
 tum fuit a nobis, in abstrato etiam prædicantur. ex quibus ha-
 bes, quod rationale continet sensitium & animal, indeter-
 minate tamen, si enim habet hominem necessarium, est quod
 habeat sensitium, & animal. quo argumento rursus aliorum
 philosophorum placitum reprobares, est tamen extra sen-
 sitium & animal secundum proprium, & determinatum
 significatum. qui enim affirmaret differentias esse extra po-
 testatem generis, confiteretur etiam necessario quod spe-
 cies ex nihilo eas haberet, quod est contra Porphyrium &
 Aristotelem & apertissime falsum, nam si habet animal
 totum hominem, quia de eo prædicatur, ergo & rationale
 quod est pars hominis. in specie vero hæc alio modo se
 habent, est enim animal pars hominis cum rationale se-
 cundum proprium & determinatum significatum. quam
 obrem bene in specie reperies compositione & non in diffé-
 rentijs, quia indeterminatũ illud significatum compositione
 non

non facit, quæ omnia explicatione aliorum argumentorum
 fient apertiora: quapropter ad secundum gradum faciamus,
 in quo primo oportet animaduertas, quod differentia vlti-
 ma secundum rem est tota quidditas, neq; aduenit hoc modo
 generi vt diuersa essentia, sed est prorsus eadem. dicit etiam
 rationale; alio modo ex sententia Aristotelis in eo loco essen-
 tiam & definitionem hominis; quia est essentia animalis de-
 terminata, & inanimabile; essentiam & definitionem equi ob
 easdem causas, neq; ob eam rem frustra in definitione ponit-
 tur genus, quia illum gradum perfectionis generis per modum
 substantiæ & materiæ per nullam differentiam possumus ex-
 plicare, quod in definitione est necessarium, vt formales &
 substantiales partes exprimamus. cum addebas tertio, non li-
 cere in definitione plures differentias ponere, id negamus: nõ
 propterea quod omnes sint in vno atq; eodem genere; quia
 hoc non probat Aristoteles in eo loco, quia omnia essent vni
 eo modo, sed quia sunt necessariae vt rei essentiam cum primo
 genere formaliter exprimant. efficiunt tamen vnum, quia
 omnes eandem rem explicant secundum diuersos gradus per-
 fectionis, quemadmodum in disputatione de genere declara-
 uimus. Postremum vero argumentum non habet robur, quia
 illud quod indeterminate, & non secundum gradum proprium
 est in aliquo, non facit compositionem. si enim animal. secun-
 dum proprium significatum non esset in homine, in eo nullam
 faceret compositionem. ex quibus habes Primo, quomodo in
 hac re secundum sententiam Aristotelis est philosophandum.
 secundo, quomodo vniuersa quæ Porphyrius in hoc capite do-
 cuit intelligantur. primo enim differentia de qua diximus di-
 uidit genus, & diuisione trahit vt cum eo, secundo constituat
 speciem. vnde tertio fit pars quidditatis aut vniuersa quidditas
 vt est declaratum. efficit quarto vt primo à se differant singu-
 la. illud enim quod rem ipsam constituit, constituendo efficit

vt

vt ab alijs differat, quæ omnia quæ uoluit de definitionibus Por-
 phyrius declarauit. Superest tamen de differentia quatenus præ-
 dicatur verba faciamus, quæ in re ego, cum bona uenia, diffe-
 rentiam in vniuersum sic explicarem, quod de pluribus in eo
 quod quale quid est prædicatur, quod enim plura illa specie,
 aut numero differant, meo quidem iudicio, licet quod subal-
 ternam aut infimam speciem constituit, accidit: quam obrem
 neq; prorsus videtur conuenire differentia neque repugna-
 re, quod de pluribus specie aut numero differentibus in eo quod
 quale quid est dicatur, sed illud accidit, quia est hæc, aut illa
 differentia; differentia vero ab utroque abstrahit, neque in hac
 re Porphyrius aut Aristoteles habemus contrarios qui differentiam
 magna ex parte illo modo explicarunt, uti Porphyrius in capi-
 te de communibus, & proprijs, quæ habent hæc prædicata, et
 in prædicamentis Aristoteles declarauit, quare ab his, quæ de
 pluribus, et solum ratione differentia in vniuersum separa-
 tur, quod solè in quale quid prædicatur, quod, nullum ex alijs
 prædicatis habet, & hoc apertissime ex eis quæ de ratione
 differentia specificæ & compositione diximus probatur, si e-
 nim est solum in eo quod componit tantum de eo quod com-
 ponit prædicabitur, licet ergo differentia in vniuersum acci-
 dit, quod subalternam, aut infimam speciem constituat, ad
 eandem etiam modum continget quod de pluribus speciebus
 aut de vna tantum, & de eis, quæ sub ea continentur, dicatur, hæc
 enim iudicio meo non minus erit differentia prædicationis
 animalis est sensituum, quam hæc homo est sensitius, aut ratio-
 nalis. Præterea illud quod dici apud nos solet de finita non sua
 se Porphyrius differentiam per non repugnantiam, & ratio-
 nale per non repugnantiam de pluribus differentibus specie
 in eo quod quale quid est prædicatur, sic debet accipi, quod dif-
 ferentia in vniuersum neq; repugnet neq; conueniat, quem-
 admodum nos declarauimus rationale, aut non minus repu-
 gnat

gnat de pluribus speciebus dici, quam cōstituerē plures species: hæc enim secunda intentio debet definiri quatenus in prima intentione differentie fundatur, quæ a differentibus specie & numero abstrahit.

Caput septimum, in quo proprium declaratur.

R. I. M. O. igitur propter eas, quas in superioribus adduximus causas, erit nobis explicandum, cuius rei gratia Porphyrius prius de proprio, quam de communi accidenti disputauerit? Secundo, cum accidentia omnia auctore diuo Thoma, ex Aristotele, ab ipsa substantia nascantur, cur hæc sint propria, illa vero communia, & in hunc modum soleant à philosophis appellari. Tertio verò interpretabimur Porphyrius in hoc capite, qua in re uti certum à nobis constituatur, accidentia omnia a substantia, licet illa non sit nobis adeo manifesta, dimanare, in hunc modum vultus mihi est Aristoteles in septimo libro primæ philosophiæ statim in principio de accidentibus philosophari: cum ostendit esse affectiones substantiæ. Potest etiam & à nobis hac ratione probari, quod sit ipsa substantia inter alia vniuersa id quod maxime est ens, ac proinde erit aliquo modo causa illorum, quæ sunt quasi participatione ipsius, entia est tamen in hac re quædam differentia, nam sunt quædam, quæ oriuntur à forma, atque ipsius rei essentia, quæ a philosophis propria appellatur: sunt & alia quæ ratione singularis materiæ vel ex certa quadam mixtione primarum qualitatum in substantia, ab eadem dimanant, & hæc à philosophis, uti in sequenti capite declarabimus, vocantur accidentia

tia communia de prioribus illis, est in hoc loco disputatio, nõ solum quod consequantur essentiam, ab eademque proficiscantur, sed ob eam rem etiam quod eam legem, & conditione m obseruent, quæ in his prædicatisque dicuntur essentiam, solet obseruari, neque enim magis, neque minus, suscipiunt: sicuti neque genus, neque differentia, oportuit etiam huiusmodi affectiones proprias post differentiam statim explicari, quod loco ipsius veluti manifestissima indicia frequenter soleant a philosophis usurpari, neque diuagantur extra, sed cum specie cuius sunt propria cōuertantur: quam obrem propria vocantur.

Veruntamen ut sententiam Porphyrius in hoc loco atque Aristoteles in quinto libro de locis argumentorum facilius intelligamus est in primis considerandum quatuor modis contingere ut sit aliquid proprium & eo nomine dicatur ut Porphyrius his verbis nobis significauit.

DE PROPRIO.



PROPRIVM autem quatuor dividitur modis. Nam proprium est id, quod soli cuiusdam accidit speciei, etsi non omni: ut homini accidit, mederi, aut mederi. Et id item, quod vniuersæ accidit speciei, etsi non soli, ut hominem bipedem esse. Et etiam id, quod soli accidit, & omni, & quandoque: ut omni homini in senectute canescere. Quartum autem est id, in quod omnia conuenerunt, ut soli, & omni

Et omni semperq; accidat, quale est risibile respectu hominis. Nam, homo, etsi non semper ridet, risibilis tamen dicitur non ex eo, quia semper rideat, sed quia aptus est ad ridendum. Hoc autem ipsi semper est casu n: quemadmodum Equo ipsum hinnibile. Hec uerè propria inquirunt esse, quia in his ipsis fit et conuersio. Si est enim homo, est risibile: et si est risibile: est etiam homo.



PROPRIVM autem quatuor diuiditur modis. &c. Propriorum aliquod, aut in vnam speciem cadit, aut non tantum in vnam: si in vna aut reperitur in tota, aut in parte, si in parte est proprium primo modo soli, sed nō omni, veluti cuidam homini conuenit propensionem quandam ad peculiare quasdam artes habere, veluti qui sunt ad medicinam apti. Si in tota, aut semper, aut non semper: si non semper, est proprium tertio modo: vtr conuenit homini in senectute canescere. Si verò semper, est proprium quarto modo, & quod proprie solum est proprium. Si verò non inueniatur in vna specie tantum, est proprium in secundo modo: quemadmodū esse bipedem dicimus proprium hominis. Superest tamen hisce, quæ diximus pauca quedam addamus. Primum quam ob causam disputaturus de proprio Aristoteles non tot modos propriorum enūtrauerit? Secundū, nisi esset totum philosophie, esset etiam nobis aperendum quo modo hæc exempla, quæ Porphyrius apposuit, ab essentia rei possint dimanare, & in quo genere cause inuestigabimus tamen, sit ne aliquod proprium quod solum faciat hoc prædicatum: ita vt a-

lia


lia debeant vel ad hoc, vel ad aliud prædicatum reuocari, & quænam sit definitio huius prædicati. Primum quidem est facile, & ab omnibus explicatur: dicunt enim Aristotelem illis tribus modis proprii per se, & semper, aut aliquando complexum fuisse hos quatuor modos, quos Porphyrius in hoc capite enumerauit. nam proprium ad aliud, & quod in sola specie, sed non in omni, & quod in omni sed in sola specie est, comprehendit. imo iudicio meo hæc interpretatio istorum philosophorum, tota est Aristotelis, qui in quarto libro topicorum, in primo capite, proprium, quod omnibus vt bipes: aut pluribus, vt imperare cupiditatibus, posuit in proprio ad aliud. inter hæc autem, quæ diximus propria quartum est quod est per se proprium ex Porphyrio atque etiam ex Aristotele, & quod per se facit prædicatum. quod non indicat quid est esse rei, solū autem inest, & conuersim prædicatur de re: vt Aristotele definiuit in topicis. Porphyrius autem definiuit in hoc libello, quod de vna specie, cuius est propriū & de indiuiduis quæ sunt sub specie prædicatur, vel secūdo, quod conuersim prædicatur, & quod semper inest omni speciei & soli, & hoc modo illud quod inuestigandum erat in secundo loco explicamus. vbi necessarium est primo animaduertas Porphyrium parum curasse, sitne proprium vniuersale, contentum proprium ab hisce, quæ de vno dicuntur, ea solum ratione separasse, quod de indiuiduis speciei, cuius est proprium dicatur. neque est quod negemus proprium animalis habere sensum, & alia propria, quæ a quacunque specie media dimanant, spectare ad hoc prædicatum, quod modo explicamus: cum ea omnia quæ de proprio diximus illis conueniant, nam illud de indiuiduis conuenit, licet mediate. quod vero sit per plura media, aut per vnum ad hanc rem parum facit, quinimo primo & per se de ratione proprii est de specie cuius est propriū conuersim prædicari, aliud vero hoc ipsum

G con

In Caput

consequitur, alia vero, quæ sunt propria alijs modis debent ex sententia Aristotelis reduci ad hoc prædicatum, cum nõ inter accidentia sed potius, inter propria ab eodem in quinto libro Topicorum ponantur, longe enim distant à communi accidenti etiam inseparabili, si secundum potentiam & nõ secundum actum sumantur, de quibus in libris de anima erit fusior disputatio.

Caput octauum, de Accidente.



OC caput, in quo Porphyri de accidenti disputat, potest à nobis in tres breuissimas partes secari: in prima idem Porphyri definitionem accidentis assignat, in secunda explicat diuisionem quandam eius accidentis, quod paulo ante definierat, in tertia adducit alias definitiones accidentis.

Quibus Aristotelis in libris Topicorum ipsum declarauit.

DE ACCIDENTE.



Accidens autem est, quod adest atq; abest sine subiecti corruptione. Diuiditur autem in duo. Aliud enim est separabile, aliud inseparabile: atq; dormire quidem accidens separabile est: nigrum autem esse, coruo Aethiopiue

in

De Accidente.

50

inseparabiliter accidit. Mente tamen cogitatione ve coruus albus, & Aethiops non niger, sine subiecti corruptione concipi potest. Definiunt etiam & hoc pacto. Accidens est, quod inesse ac non inesse eidem potest. Et quod neq; genus, neq; species, neq; differentia, neq; proprium est: semper autem est in subiecto.



D e eundem modum nostram commentationem diuidemus in tres partes, nam primo definitionem accidentis explicabimus, secundo diuisionem illius, quæ cum ratione accidentis videtur pugnare, tertio & postremo constituemus rationem huius prædicati, quæ in re in primis oportet animaduertamus hac definitione accidens ea solû ratione a Porphyri declarari, quæ est ab accidenti proprio separatû, quemadmodû apertissime illis verbis significauit, *mente tñ cogitatione ve coruus albus & ethiops non niger sine subiecti corruptione concipi potest*, quod non eodem modo in proprio accidit. Secundo etiam debemus summere ex prima philosophia accidētia imperfectã habere essentiã, utpote quæ debeat cõpleri per substantiã, quia sunt ut paulo ante diximus ex Arif. aut affectioes, aut aliquid substantiæ: nõ quod sit de ratiõe accidētis esse in alio, sed quod eã habeãt naturã, cui perse, & interne debeat esse in alio, ita tñ in cõmuni accidētī, ut salua essētia possit mēte saltem, & cogitatione separari, quãobré ab Arif. in antepredicamētis per substantiam explicatur & in primo libro de posteriori resolutione, & etiam in topicis, & deniq;

G 2 quoties

quoties de natura accidentis se offert disputatio, ob eam rem & id Porphyrius fecit in presenti capite. neque ordo ille, aut respectus, ad substantiam facit relatum, quia in alio est, non ad aliud, qui modus ambit omne accidens. Erit tertio in hac eadem re, ut definitiones accidentis, atque eius diuisionem planius intelligamus, considerandum, accidens secundum vnum, atque idem esse non vni substantie: non enim vniuntur in vno atque eodem esse homo, & album. aliud nanque est esse, quo subiectum subsistit: aliud vero, quo in eo est accidens, sicuti & ipsorum essentia, a quibus eorum esse dimanauit, sunt diuersa: a substantia nanque fuit esse substantiale, ab accidente vero accidentale. ex quibus habebis primo quo modo sine hoc quod deficiat essentia subiecti, eidem possit accidens ad esse, & ab esse, quia licet hoc sua natura postulet, ut sit in subiecto, neque possit esse seorsum ut in ante predicamentis Aristoteles declarauit, non tamen vniuntur in vno atque eodem esse, quamobrem ad esse & abesse poterit, sine hoc quod subiectum corrumpatur, ad eundem modum erunt explicandae alia definitiones, quas Porphyrius iuxta sententiam Aristotelis assignauit. Habebis etiam secundo accidens quia habet imperfectam essentiam per substantiam, quae ipsam complet, debere explicari. ob eamque rem, semper in definitione illius antiquiores philosophi subiectum collocarunt, quia vero neque habet cum substantia vnum atque idem esse, neque ab essentia necessario nascitur, sine corruptione, non accidentis, sed substantialis esse subiecti, inesse ac non inesse poterit. Unde rursus inseparabile & in inseparabile secatur, hoc a principis internis ipsius indiuidui nascitur, vel propter diuturnitatem, aut quauis alia de causa solet fieri inseparabile, quemadmodum cicatrix, cum obcaluerit, semper tamen propter ea, quae diximus mente & cogitatione poterit separari. licet reuera quoad existentiam non secernatur: & huiusmodi acci-

dens.

dens differentia propria, a Porphyrio dicebatur, aliud vero quia non habet causam, ob quam re ipsa non possit non separari vocatur accidens separabile, quod erat differentia communis, & ab alio ea solum de causa differt, quod possit non tantum mente & cogitatione, sed etiam re ipsa separari. quod si a nobis quaeras quomodo possint (si vera sunt quae hactenus diximus) proprium a communi accidenti iuxta praesentem definitionem separari? saltem ab eo quod est inseparabile? Respondemus multis quidem alias differre, quemadmodum in capite de communibus & proprijs istorum praedicatorum Porphyrius est autor. differt tamen adhuc quatenus per hanc definitionem a Porphyrio explicatur, quod salua essentia non potest proprium a subiecto separari, semper enim quasi manca essentia ipsa consideraretur, si nullo modo in ea intelligas eam rationem, secundum quam primae affectiones ab eadem solent dimanare, vnde & consensu omnium philosophorum in explicanda essentia substantiae, illud deberemus praestare, ut propria etiam, quae ab eadem substantia defluunt, tacite innuamus. homo praeterea qui non habet duos pedes, truncus & qui habet in manu sex digitos monstrum a philosophis appellatur. scio alios aliter hanc differentiam declarare, hoc tamen mihi magis placuit, siue proprium distinguatur realiter ab essentia & subiecto, siue non distinguatur. Praetermisit Porphyrii definitionem huius quinti praedicati, cum quia in capite de Genere, illam assignauit, *quod praedicatur differentiis specie in quale aliquid, vel in quale quo modo aliquid se habet* tum etiam quia explicatis, quae Porphyrius in hoc capite docuit, totum illud erat facile debes tamen meo iudicio in definitione accidentis sic accipere verba illa, de pluribus differentiis specie, non quod primo quintum praedicatum de speciebus dicatur, cum primo insit primae & particulari substantiae uti ostendemus aperte ex Aristotele in categoria substan-

In Caput

tiæ, sed quod de primis substantijs, etiam specie differentibus in quale accidentale hoc prædicatum dicatur. ea quæ de communibus & proprijs istorum prædicatorum Porphy. diligentissime docuit, non indigêt explanatione nostra, digna sunt tamen quæ semper habeantur præmanibus si voluerimus veram intelligentiam Porphy. in alijs capitibus assequi.

¶ Quæ communia, quæ sua unicuique vocum quinque sint.

Definitis autem uniuersis quæ erant proposita, genere inquam, specie, differentia, proprio, & accidente: dicendum est quæ nam communia & quæ propria unicuique sint. Commune hoc itaq; omnibus inest, de pluribus prædicari, sed genus quidem de omni specie sua, & de indiuiduis, quæ sunt, sub unaquaq; specie, prædicatur. Et differentia simili modo. Species autem de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa. Proprium vero de specie & indiuiduis species: & accidens de speciebus & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis, bobus atq; hominibus, quæ quidem sunt species, prædicatur: & item de hoc equo,

Que communia. &c.

52

equo, de hoc boue, atq; de hoc homine, quæ indiuidua constat esse. Irrationale autem de boue, de equo, & de singulis similiter prædicatur. Homo vero qui quidem est species, de singulis solum hominibus dicitur. Et proprium de specie, cuius est proprium, & de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa: risibile enim de homine, & de singulis hominibus prædicatur. Nigrum autem de coruorum specie, & de singulis dicitur coruis, atq; de Aethiopiis simili modo, quod quidem inseparabile accidens est, ut patet. Moveri quoq; quod accidens est separabile, de equo atq; homine, & de horum indiuiduis dici solet: verum primò quidem de indiuiduis, ratione vero secunda de speciebus etiam, quæ indiuidua continent, prædicatur.

¶ Commune est generi ac differentia, species continere. Continet enim & differentia species, etsi non omnes eas, quas genus continet. Rationale nanque: etsi non expertia rationis, ut animal: Deum, tamen & hominem, quæ sunt species, continet. Præterea ut quæ de genere ut genus est prædicantur, & de speciebus quæ sub ipso sunt, prædicantur: sic quæ etiam de differentia,

ut differentia est dicuntur, eadem de specie, qua ex ipsa constat, similiter predicantur. De animali namque, quod quidem genus est, & substantia & animatum, & sensitivum, ut de genere cum dicantur, eadem & de univ[er]sis, qua sub animali usque ad individua sunt, predicantur. De rationali quoque, quod quidem est differentia, hoc ratione inquam uti, idem cum predicetur, idem non solum de rationali, sed etiam de speciebus rationalis, atque individuis predicabitur. Commune insuper illud etiam esse patet, ut si genus tollatur vel differentia, univ[er]sa continuo qua posita sub ipsis sunt tollantur. Etenim ut si non sit animal, homo non est, neque etiam equus: sic si non sit rationale, nullum animal prorsus erit, quod particeps sit rationis.

Proprium vero generis est, de pluribus quam differentia, species, proprium, atque accidens, predicari.

Nam animal quidem de homine dicitur, equo, aue atque serpente: quadrupes autem, de hisce tantummodo dicitur, quæ quatuor pedes habent: homo vero de individuis solum humanis: & hinnibile de solo equo, ac singulis equis: & accidens de paucioribus simili modo. Atque sumenda sunt, ea differentie, quibus

bus dividitur genus, non ea ex quibus generis substantia constat. Præterea genus quidem potentia differentiam continet: animal enim partim particeps, partim expers est rationis. At differentie non continet genera. Præterea genus prius est hisce differentis, quibus dividi solet: idcirco secum ipsas tollit, sed ab ipsis non tollitur. Nam si animal tollatur, rationale simul irrationaleve continuo tollitur. Differentie vero genus non tollunt: nam si univ[er]sæ quoque tollantur, substantia animata, sensitiva, mente cognitioneque contipitur, quæ quidem animal est, ut patet. Præterea genus quidem hoc ipso, quid est differentia vero hoc ipso, quale quid est, ut dictum est, predicatur. Præterea genus quidem unum in unaquaque specie est, ut est in homine animal, differentie vero plures, ut rationale, mortale, mentis atque scientie susceptivum, quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus præterea simile materię est, differentia formę. Sunt & alia communia propriaque generis & differentie: hæc tamen quæ sunt enumerata, sufficiant.

Genus & species hoc habent commune, de pluribus inquam, uti diximus, predicari. Species autem,

ut species solum, non ut genus quoque sumatur: si quidem si sit idem species atque genus, et commune est etiam ipsis, et us esse priora de quibus dicuntur, et insuper utriusque totum quid esse. Differunt autem quod genus quidem species continet, species autem continentur, et non continentur genera. Genus enim ad plura quam species pertinet. Præterea genera præstrata oportet, ut quæ quidem, et differentiis specificis informata, species nimirum efficiant. Quapropter et priora genera sunt natura, et secum species tollunt, et ab illis non tolluntur. Nam si species quidem sit, erit et genus omnino: si vero sit genus, non proinus et species est. Et genera quidem de quaque specie sua univocè prædicantur: species autem de generibus non dicuntur. Præterea genera quidem ambitu specierum quæ sunt sub ipsis, specie quaque. Species autem genera differentiis suis exuperant. Præterea neque species summum genus, neque genus infima species unquam fieri potest.

Generi commune cum proprio est, species sequi. Nam si homo est, animal est: et si homo est, risibile est. Commune etiam est prædicatio æquæ: æquè namque genus de speciebus, et proprium de individuis quo-

rum

rum est proprium prædicatur. Etenim æquè bos et homo est animal, et Socrates atque Plato risibile. Commune insuper est, et univocæ prædicatio. Et genus enim de speciebus suis, et proprium de hisce quorum est proprium univocè prædicatur. Differunt autem, Genus enim est prius, proprium vero posterius. Esse enim animal, deinde dividi differentiis propriisque oportet. Et genus quidem de pluribus speciebus, quarum est genus. Proprium autem de una specie tantum cuius est proprium prædicatur. Præterea proprii quidem sit univocæ prædicatio, generis autem non fit: neque enim si animal est, homo est: neque si animal est risibile est: si vero homo est, risibile est, et e contra. Præterea proprium quidem omni speciei inest, cuius est proprium, et soli ac semper: genus autem omni quidem speciei, cuius est genus, et semper inest, non tamen soli. Præterea si propria tollantur, genera non tolluntur: si vero genera tollantur, species continuo simul tolluntur: quibus peremptis, et propria simul pereunt.

Generi autem et accidenti commune est, de pluribus, toti dictum est, prædicari: siue accidens sit separabile, siue inseparabile. Moveri namque de pluribus, et

nigrum

nigrum de cornis, Aethiopibus ve, & quibusdam etiam expertibus anima predicatur. Pluribus autem genus atq; accidens differre videntur. Genus enim species, ut patet, praecedit: accidens autem posterius ipsis est, etiam si accidens in separabile sumatur. Prius enim natura id cui accidit, accidente est. Et hisce quidem quibus genus communicatur, aequè generis communicatio competit: hisce verò, quibus accidens communicatur, non aequè communicatio competit. Intentionem enim remissionem ve, communicatio accidentium suscipit: generum verò non suscipit. Et accidentia quidem in individuis primò sunt: genera vero, ac species individuis substantijs natura priora sunt. Et genera quidem de hisce, quae sunt sub ipsis, hoc ipso quid est predicantur: accidentia autem hoc ipso quale quid est, aut quomodo sese habet res, predicantur. Qualis enim est Aethiops? si interrogatus fueris, niger dixeris: & quomodo sese habet Socrates? ambulat responderes, aut sedet.

Genus igitur quonam pacto à ceteris differret, iam diximus. Fit autem, ut unumquodq; etiam ceterorum à ceteris quatuor differat. Quarecum haec quinq; quidem sint, unumquodq; verò à ceteris
qua-

quatuor differat, sit ut viginti omnes ipsorum differentia sint. Quatuor enim quinq; numerum dictum conficiunt. At non ita est: sed cum si ordine numeres, quod secundo quidem loco numeras, una deficiat differentia, propterea quod est ea iam sumpta: quod tertio verò, duabus: & quod quarto, tribus: & quod quinto, quatuor: decem istorum universa profecto differentie sunt, quatuor, tres, dua, una. Genus enim quo nam, pacto à differentia, specie, proprio, accidente q; differt, iam dictum est. Sunt igitur hae quatuor differentiae. Differentia vero quo pacto quidem differt à genere, dictum est, cum dicebatur quonam modo genus ab ipsa differret. Restat autem, ut quonam modo differt à specie, proprio, accidente q;, dicatur. Atq; tres hinc differentiae emergunt, ut patet. Species rursus quo quidem modo à differentia differt, dictum est, cum quonam pacto differret à specie differentia dicebatur: quo vero modo à genere differt, dictum est etiam, cum quonam pacto genus differt ab ipsa specie, dicebatur. Restat igitur, ut quonam modo differt à proprio atq; accidente, dicatur. Atq; duae iam. & hae differentiae hinc oriuntur. Proprium igitur restabit, ut quonam pacto

pacto differt ab accidente, dicatur: nam quo pacto à specie, differentia, genereq; differt, dictum est antea, cum illa differre ab hoc dicebantur. Cum igitur generis ad cætera quatuor differentie sumantur, ut diximus, differentie tres speciei, dua proprii, unaq; est accidentis, decem omnes istorum profecto differentia erunt. Quarum quatuor, quæ sunt generis ad cætera, diximus: nunc deinceps cæteras afferamus oportet.

Commune id itaq; differentia est cum specie, aq; esse communicata. Singuli enim homines aq; sunt homines, atq; rationis participes. Est etiam hoc commune, semper ijs adesse quibus communicatur. Semper enim Socrates rationalis est, semperq; homo. Proprium differentie quidem est, semper hoc ipso quale quid est predicari: speciei autem, hoc ipso quid est predicari: nam si homo ut quale quid sumitur, non tamẽ est simpliciter quale: sed ea ratione, qua differentia generi coniunctæ ipsum constituerunt. Præterea differentia quidem in pluribus sæpe speciebus videtur esse: ut quadrupes pluribus animalibus specie diversis inest. Species autem indivisus solis enest, quæ sub ipsa sunt collocata. Præ-

reà differentia prior est specie, quæ ex ipsa constat: tollit enim rationale hominem si ipsum tollatur: at homo si tollatur, rationale non tollit: est enim hoc angelus. Præterea differentia quidem cum alia componitur differentia: rationale namq; atq; mortale, ad constituendum hominem componuntur: Species autem cum specie non componitur, ut alia quædam species oriatur: quidam enim equus cum quodam asino ad muli generationem concurrat: equus autem simpliciter cum asino compositus, non effecerit mutum.

Differentia hoc proprium commune quidem habent, aq; ut communicent, his quibus communicantur: equæ enim rationalia sunt, rationalia, hoc aq; risibilia risibilia. Et semper ac omni speciei adesse: nam si diminutus etiam fuit bipes, ratione tamen aptitudinis semper dicitur bipes: quoniam hoc risibile per aptitudinem semper dicitur tale, non quia semper ridet. Propria autem hæc, nam differentia quidem sæpe de speciebus pluribus dicitur: rationale enim de angelo dicitur, hoc de homine. Proprius de una tantummodo specie, cuius est proprium, prædicatur, Et differentia quidem sequitur ea, quorum est differentia, non tamen convertitur. In propriis

prijs vero fit mutua predicatio, propterea quod conuertuntur.

Differentia cum accidente commune est, de pluribus predicari: Et item semper ac omni adesse, si modo inseparabile sit accidens. Nam bipes cum omni semper homini competit, coruis idem, Et nigrum esse, omnibus similiter competit. Differre autem hisce videntur. Differentia namque continet species, Et non continetur: etenim rationale continet hominem Et angelum. At accidentia tum continent, ex eo, scilicet, quia in pluribus sunt: tum continentur, propterea quod subiecta non unius accidentis sunt, sed susceptiva plurium. Et differentia quidem ex parte est intentionis atque remissionis: accidentia autem gradus suscipiunt, ac magis talia minusve dicuntur. Præterea contraria quidem differentia misceri non possunt accidentia vero contraria nonnunquam miscentur. Et hæc quidem communia propriaque differentia cum cæteris sunt: species autem quo pacto a genere differentiaque differt quidem dictum est tum, cum quo pacto genus Et differentia à cæteris differrent, diceretur. Reliquum, ut a proprio accidenteque differat, consideremus. Speciei itaque cum proprio est commu-

ne

ne, mutua predicatio. Nam si homo est, risibile est: Et si risibile est homo est. atque risibile, ut aptum est ad ridendum, sumere, ut sæpenumero diximus, oportet. Acque præterea species assunt, hisce, quibus communicantur: Et propria hisce, quorum propria esse dicuntur.

Differre autem hisce videntur. Species enim Et aliorum genus esse potest. Proprium vero aliorum proprium esse non potest. Et species quidem proprium antecedit: proprium autem aduenit speciei. Sit enim homo oportet, ut Et risibile sit. Præterea species quidem semper actu subiecto adest, proprium autem interdum Et potentia inest. Socrates enim actu quidem semper est homo: non autem semper ridet, quanquam semper ad ridendum est aptus. Præterea quorum definitiones sunt diuersæ, eæ etiam sunt diuersa. Denique speciei quidem definito est, sub genere esse, Et de pluribus differentibus numero, hoc ipso quid est predicari, Et quæ sunt similia: proprium vero soli Et semper atque omni inesse.

Speciei vero Et accidenti commune est, de pluribus predicari. Per pauca autem sunt reliqua, quibus conueniunt, propterea quod plurimum inter se

H

se

se accidens, & id cui accidit, distant. Propria autē
 utriusq; sunt hæc: Speciei quidem de hisce quorū est
 species, hoc ipso quid est, predicari: Accidentis autē,
 hoc ipso quale est, aut quomodo sese habet. Et quaq;
 substantia unius quidē speciei, plurimum autem ac-
 cidentium, tam inseparabiliū quā separabiliū par-
 ticeps est. Deinde species quidem ante accidentia mē-
 te concipitur, etiamsi inseparabilia sunt: (sit enim
 subiectum oportet, ut illi quippiam accidat.) acciden-
 tia autem posteriora sunt, & aduentitia natura.
 Præterea speciei quidem communicatio æqua est: ac-
 cidentium autem, et si inseparabilia sunt, æqua non
 est. Aethiops enim magis aut minus niger Aethiope
 esse potest. At enim restat, ut de proprio & acciden-
 te dicamus: quo enim modo propriū à genere & spe-
 cie & differentia differt, antea diximus.

Commune itaq; proprio cum accidente insepara-
 bili est, sine ipsis non esse ea, in quibus insunt. Ut e-
 nim sine risibili non est homo, sic & sine nigro Aethi-
 ops esse non potest. Et quemadmodum omni sem-
 perq; proprium adest, sic & ipsum inseparabile ac-
 cidens adest. Differunt autem, hisce. Proprium
 enim uni soli speciei inest, ut risibile homini: inse-
 parabi

parabile autem accidens, ceu nigrum, non Aethiopi
 solum, sed coruo etiam & pici, & hebeno, ceterisq;
 compluribus inest. Quapropter proprium quidem cō-
 uertitur cum eo, cuius est proprium, & est ipsi æqua-
 le: inseparabile autem accidens non conuertitur. Ac
 proprio quidem communicatio æqua est, accidentiū
 autem suscipit gradus. Sunt & alia communia hi-
 ce qua dicta sunt, atq; propria: verum & hæc ad
 ipsorum distinctionem communicationemq; demon-
 strandam sufficiunt.

FINIS.

H 2

Ioannis Cantero Docto- ris theologi, & professoris philosophiæ, in Com- plutensi gymnasio, commentaria incate- gorias Aristotelis.

Primum caput, in quo declarantur quædam,
quæ maxime iuuant ad intelligentiam hu-
ius operis.



ET V S mos est, & non nuper nata con-
fuetudo, vt qui commentaria in Aristote-
lis, aut in aliorum philosophorum opera
facere parant: pauca quædam, antequam
rem inchoent, de appellationibus philoso-
phorum, de diuisione operum, de fine, quæ
sibi præscripsit philosophus, de stilo dicē-
di, de futuro auditore, atque enarratore exponāt. quæ nos in-
ferentes, alia, quæ ad eam rem faciant, breuissimè declarau-
imus: erunt tamen, ne quēpiam defraudemus suo honore, Am-
monij diligentia in hoc eodem loco accepta referenda. Pri-
mo philosophorum sectæ, apud veteres vocatæ sunt multis
modis, nam aliquādo a principe, & autore in ea philosophia
sectatores habuerunt appellationem: vt Pythagorici, Plato-
nici, atque Aristotelici. a Pythagora, Platone, atque Aristo-
tele. Alias a patria eius, qui fuit primus in eo genere philoso-
phiæ, vt Cirenaici a cirenis, quæ fuerunt patria Aristippi,
qui tunc temporis primas tenuit inter philosophos. Nonum
quàm à loco, in quo inter philosophandum commorabantur
vt Stoici à Zenone, qui philosophabatur in Stoa porticu, &
acade

Academici ab academia, quæ erat locus nemorosus, in quo a-
pud Athenienses docuit Xenocrates. Interdum autem à mo-
re, & consuetudine philosophandi, vt *σφικτικοί*, idest inhibito-
res, quòd prohiberent quidpiam certi de rebus statuere, & a-
firmarent tantum licere philosophis, dubitare & percontari:
quales fuerunt Pyrrhus, Cratylus, atque Heracitus, propter
eas causas, quas attigimus dum interpretaremur Porphyriū.
Quinto ab ipso vitæ genere, vt *κυνικοί*, idest canini quod ef-
sent plus æquo mordaces. Sexto a fine, quem constituebant
vniuersæ philosophiæ, vt *ἡδονικοί*, ab epicuro, hoc est volu-
ptuosi: quod ex multorum sententia beatitudinem in volupta-
te hic idem philosophus poneret. Aut septimo a quodam ac-
cidenti, vt ab Aristotele *περιπατητικοί* hoc est, inambulantes
fuerunt vocati: quod ille doceret in ambulando. ex quibus ha-
bes, Aristotelem non reportasse nomen à Socrate, nec à Pla-
tone, quos habuit Præceptores, vel quia non fuit in aliquo ge-
nere philosophiæ inferior, vel quia non semper probauit eo-
rum dogmata. Accedamus secundo ad enumeranda ea opera,
quæ Aristoteles composuit, ex quibus multa, & forsam neq;
minoris vtilitatis, neque fidei, aut iniuria tēporis, aut maleuo-
lorum inuidia interciderunt: quemadmodum Erasimus refert
inquadam epistola, quam scripsit ad Ioannem morum: in qua
recenset &, quæ de vnaquaq; parte philosophiæ desideran-
tur, & quæ etiam super sunt. nos vero interim cum Ammo-
nio dicamus inter opera quædam fuisse particularia, veluti
fuerunt familiares epistolæ, quas ad Alexandrum, vel ad a-
micos & familiares philosophos misit. alia vero vniuersa-
lia, quæ de vtraq; philosophia composuit: inter, quæ erāt quæ-
dam, quæ dicebantur commentaria. quod non latè, sed quā
breuissime, & per capita, aut vnam rem, aut plures in eis ex-
plicaret: alia autem *συνταγματικὰ* appellabantur, quod certo
quodam ordine in eisdem res essent dispositæ, & pertratactæ:

Primum caput

& non ea solum de causa vt argumenta haberentur ad manū cuius gratia illa, quæ dicebantur commentaria, apud veteres conscribebantur. Hæc rursus aut erant *αυτοπροσωπα* hoc est auscultatoria, quod in eis vnusquisque philosophus propriā aperiret sententiam, neque alios, aut interrogantes, aut respōdentes faceret: quod fiebat in alijs operibus, in quibus philosophi sequebantur dogmata, & placita eorum, qui loquebantur, quæ ob eam ferè causam, vel propter modum disputationis *Διαλογικα* nominabātur, inter auscultatoria rursus, sūt quædam actiua, & alia contēplatiua, & alia instrumentaria seu mauius dialectica (est enim contentio circa dialecticam an sit pars philosophiæ, an verò illius instrumentum, quam ré misfam facimus in præsentiarum) actiua, & quæ sunt in actione posita aut pertinent ad morum institutionem, & dicuntur ethica, hoc est de moribus, siue moralia, vel ad rem familiarem & gubernationem domus, & vocantur economica, vel ad ciuitatem, & dicuntur Politica, seu de ciuitate. quæ sunt contēplationis gratia, aut tractant de natura, aut de mathematicis, aut de metaphysicis, quæ omnia apud Aristotelem habent suas partes sicut & logica, siue dialectica, quæ aut tractant de demonstratione, aut de hisce, quæ vel eam consequuntur, vel præcedunt, & hæc sunt quæ in præsentiarū volumus explicare. Veruntamen inter tam varia disciplinarum genera, & tam diuersa philosophorum opera, maxime autem Aristotelis, iure optimo quis posset quod in tertio loco proposuimus in dubium vocare, vnde nam esset nobis inchoādum Boetius, atque Sydonius dixerunt incipiendum esse a naturalibus, quod vel ipso sensu rerum naturalium percipiamus effectus: sintq; ob eam causam cognitu faciliores: a quibus ex præcepto Aristotelis est nobis inchoādum. Diogenes vero initium sumebat a moralibus: quod oporteret auditorem prius esse studiosum. Alij verò a mathematicis. Academi-

ci

In prædicam. Aristotelis.

62

ei tamen, stoici, atque peripatetici cum quibus est nobis sentiendum a Dialectica semper sunt auspiciati: quod ex consensu omnium tradat instrumenta quæ in alijs partibus philosophiæ, vt eas comparemus sunt necessaria, hæc est sententia Diui Thomæ, quæ ex longissima philosophorum consuetudine potest probari. qui ob eam rem grammaticam (quæ vere non est scientia) Logicam & Rhetoricam triuium appellarunt: alias vero ex liberalibus quadriuium, quod essent quædam viæ quibus ad alia accedebamus. neq; argumenta aliorum probant, quod ipsi volunt, nam absque experientia, & longa consuetudine non possunt haberi principia vtriusque illius philosophiæ, moralis inquam, & naturalis, quæ in pueris esse non possunt, mathematicarum verò interuentus, ad diuina, quæ sunt a materia separata, & non ad dialecticam est necessarius. Finis vero Aristotelis in his omnibus operibus, quæ de vtraque philosophia composuit, est summum illum rerum opificem, a quo omnia dimanarunt per naturales motus, eorum, quæ aut sunt sempiterna, aut intereunt & generantur, veluti per quædam vestigia, quæ ille dum vniuersum conderet reliquit monstrare: iuxta illud Pauli, inuisibilia dei a creatura mundi intelligendo ea quæ sunt facta conspiciuntur: celi nanque enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, fugit in eorum per tractatione circuitiones verborum, atque ornatus, & fit nonnunquam ex professo obscurus, vel quo ea, quæ tradit, tenatius adhærent memoriæ, vel ne illius sententia ab omnibus deprehendatur, quemadmodum idem Aristoteles qui hæc eadem composuit. quibusdam literis Alexandro Regi Macedonum fertur significasse. Auditor debet esse propter ea, quæ diximus studiosus, atque ingenio perspicaci, & enarrator talis, vt nil quod ad veri agnitionem pertine-

H 4 at,

pertineat, odio aliquo, aut benevolentia ductus audeat celare, sed exponendo sit fidus interpret et incorruptus iudex, dum aliorum dirimit contentionem. Est igitur nobis ab hisce, quæ ille de dialectica docuit, ut diximus inchoandum, ad quorum intellectum prætermisso Aristotelis nomine, quod illius opera clarum, illustreque reddiderunt, oportet ut figura quadam vniuersam seriem, atque rationem eorum, quæ Aristotele docuit in hac parte philosophiæ possimus cognoscere: animaduertamus primo quid nomine logicæ, aut dialecticæ in præsentiarum intelligamus. Secundo quis nã sit finis huius partis philosophiæ, ex quibus facile deprehendemus seriem, quã Aristoteles obseruauit in eorum pertractatione. Dialectica quemadmodum fusius ostendemus in libris de locis argumentorum, solet semper pro ea facultate apud Aristotelem vsurpari, qua ex probabilibus in vtranque partem argumentamur. aliam intelligentiam habet apud Platonem: quemadmodum ex eodem, atque ex Plotino in eo loco declarabimus. hac nostra tempestate solet apud quosdam dialectica pro ea arte accipi quæ est de prædicamentis, de enuntiatione, de syllogismo, de demonstratione, atque de inuentione locorum, & sophisticis redargutionibus. qui vix sane ad eam rem afferre poterunt vllum ex Aristotele, aut ex peripateticis antiquioribus testimonium. quemadmodum ostendemus in eo loco, adducentes vniuersa, in quibus Aristoteles fecit mentionem aut artis dialecticæ, aut huius nominis. aliud autem nomen logica, nõ reperitur apud Aristotelem, licet reperiamus logica problema ta, logicos syllogismos. verum tamen Alexander Aphrodisiensis in libris de priori resolutione appellat logicam, ratiocinatricem tractationem, ad eamque demonstratiuam, dialecticam, tentatiuam in super, & captiosam reducit, quod etiam mihi facere videtur commentarijs in libris de reprehensionibus sophistarum prope finem: vbi illa omnia, quæ diximus

vni-

vniuersalem logicam appellauit. qui forsam inter Aristotelicos primus extitit. qui logices nomine vteretur. a quo alij de inde potuerunt adduci, ut tractationem vniuersam, quæ est de ratiotinationibus, & de eis, quæ aut antecedunt, aut subsequuntur, huiusmodi tractatione, logicam vocitarét, pro quo multi etiam ex iunioribus iam accipiunt dialectices nomen quod apud veteres philosophos. Platonem inquam & Aristotelem, Ciceronem & Quintilianum aliam habuit significationem. nos vero sequemur in præsentiarum. Alexandrum, & eos qui in hac parte illi adhæserunt. quod is nominis intellectus iam sit apud nostrates admodum familiaris, ex ijs, quæ diximus, colliges facile quo tendat vniuersa tractatio logicæ spectat enim ad potissimam ratiotinationem, quæ est demonstratio, quemadmodum Aristotele in primo libro de priori resolutione statim in principio statuit. *Primum dicendum circa quid est de quo est intentio, quoniam circa demonstrationem, & de doctrina demonstratiua.* hanc necessarium est præcedant ea quæ sunt de arte syllogistica (quinimo visus fuit Aristotele in eo loco voluisse vtriusque esse vnã comunemque tractationem) quæ necessario exigit, & oppositionis, atque etiam enuntiationis cognitionem, quod hinc sit sumenda, & apta materia, & fundamentum illius ostensionis syllogismorum, quæ est per contradictionem, quibus prædicata simplicia debent præcedere, de quibus differit Aristotele in hoc opere quod modo interpretabimur. habes igitur ne in hisce diutius deinde immoremur, a quibus sit inchoandum, quo præterea ordine vsque ad octo libros de locis argumentorum, & de sophisticis redargutionibus, qui videntur peculiarem tractationem exigere, sit progrediendum, quæ omnia forsam faciemus apertiora in libris de interpretatione.

Iã verò institutũ quæramus, atque causam inscriptionis huius operis *categoriae Aristotelis*, quod hæc videatur noua, il-

H 5 lud

lud verò & sit difficile, & sit scopus totius tractationis (sunt enim referenda omnia veluti in præfixum scopum, ad intentionem auctoris, quam cum semel habuerimus cognitam, atque exploratam facilius, & incorruptius iudicabimus & de sententia, & placitis Aristotelis, & de aliorum commentationibus) de quare fuit ingenus dubitatio, & variæ sententiæ philosophorum. nam Alexander Aphrodisiensis fuit arbitratus Aristotelem in hoc opere solum contexere series earum vocum, quibus significamus res: probat ille ex multis locis huius operis, ex illis verbis primi capituli, *Aequiuoca dicuntur*, ex tertio, & quinto capite, *singula aut significant substantiam, aut quantum*, ex quo loco posses in gratiam illius argumentationem conficere in hunc modum, quæ significant substantiam, &c. ponuntur in prædicamentis & non alia, voces sunt huiusmodi ergo hæc solum ponuntur in prædicamentis, & pertinent ad hanc tractationem. adducit etiam illud ex categoria substantiæ, *omnis substantia videtur hoc aliquid significare*, &c. quo innuit Aristoteles voces collocari in categoria substantiæ, & esse primas, & secundas substantias. Eustratius dixit de rebus esse viuersam hanc disputationem, adducit in eam rem finitiones vniuocorum, & æquiuocorum: & diuisionem illam eorum, quæ sunt. adhæc etiam fere alia vniuersa, quæ in his categoriis Aristotel. docuit: quæ non possunt quadrare vocibus. nam contraria suscipere, non esse in subiecto, habere partes copulatas aliquo termino communi, rebus conueniunt, non vocibus. Porphyrius, Dexippus, atque alij solos conceptus ponunt in prædicamentis, eosque solum dicunt materiam esse huius operis, quatenus debent subijci, aut prædicari, nam ea solum prædicamus vocibus, quæ de rebus mente concepimus. adhæc etiam quod Aristotel. in hunc modum in sexto capite

capite imponat finem huic operi, *igitur de omnibus generibus quæ propossimus, sufficiunt, quæ dicta sunt*, genera autem nequeunt, vt antea diximus esse absque intellectus actione. Nos vero inter tam varias sententias philosophorum, iuxta consuetudinem Aristotelis in tractatione de principijs naturalibus, philosophantes quia quædam loca, quæ ex eodem Aristotel. adducunt superiores philosophi aperte probant sermonem esse de vocibus: alia autem apertius ostendunt hanc tractationem esse de rebus. statuimus huiusmodi prædicamentorum tractatum, quodammodo esse de rebus. quodammodo vero de vocibus. neque aliud efficiunt autoritates adductæ. addimus tamen potissimam huiusce considerationis rationem, habendam esse de rebus, sicuti eadem prædicamenta Aristotel. apertissime suadent. accedit secundo cum dicimus Socratem esse animal, res ipsa actione intellectus nos prædicat, (est enim vera animal non in sola voce, aut in cognitione) autor est huius rei D. Thomas, illæ ergo potissimum pertinent ad considerationem prædicatorum, qualis est consideratio huius operis. tertio vero est eadem materia prædicamentorum in hoc loco, & in prima philosophia, licet tractatio non sit prorsus eadem, quia hic inuoluuntur rationes subiecti, & prædicatorum, quod innuit aperte commentatione esse de rebus quatenus inuoluunt huiusmodi secundas intentiones, quæ propter consequitur vt sint vera quæ diximus de intentione huius operis. quomodo adductæ autoritates debeant declarari suis locis explicabimus. declaremus modo incriptionem operis quæ etiam solet ostendere mentem, atque intelligentiam auctoris. inscribitur liber, *αριστοτέλει δὲ οὐρανολογίας* hoc est prædicamenta Aristotelis, quod arte quadam, secundum quod postulat vniuersæque naturæ prædicata omnia in his contineantur esto alijs modis soleat hoc opus appellari. vocatur etenim decem principia, & decem genera, & hoc meo iudi-

iudicio non sine autoritate Aristotelis, sicuti adduximus paulo ante, a cum sermo esset de illis, quæ ponuntur in prædicamentis, quamuis huiusmodi appellationem Porphyrius non probet. tamen si roget aliquis cum vtraque vox *κατηγορηματικη*, sit tantum forensis, cur fuerint translata ad significandum series prædicatorum, (ita enim categoria aut prædicamentum exponitur) Porphy. in hoc eodem loco respondet, id factum fuisse ab Aristote. qui solet frequenter, cum novas res inuenit, aut novos modos rerum vel ponere nomina, vel etiam trāsferre ad aliud significandum: sicuti fecit grece in his quæ sunt ad aliquid, a capite, capitatum: & in libro de interpretatione possuit has voces ad significandum nomen infinitum, & verbum infinitum, & aliam etiam in secundo de anima, quidquid tamen id sit cum questio sit tota posita in nomine, parum refert: quapropter gradum faciamus ad vtilitatem, quam possunt philosophi decerpere ex hoc opere, hæc sane consensu philosophorum est magna. cum ex hoc libro habeamus ad manum ea omnia prædicata, quæ de quavis re possunt prædicari per se. cognoscamus etiam genera, & differentias, quibus oportet vniuscuiusque rei naturam exponamus, quo circa bono animo. in hoc opere erit studiosis omnibus elaborandum, quod nos in tres partes secamus: in prima Aristoteles ex more & consuetudine mathematicorum statuit quædam theoremata & illa quidem admodum necessaria ad explicandum ea omnia, quæ in hoc opere docet: quibus semper fuit familiaris Aristoteli. hunc enim obseruat in libris de interpretatione, in libris de syllogismo, & de locis argumentorum. in secunda declarat latissime ea prædicata quæ habet vniuersumque genus istorum. in tertia vero declarat nonnulla quæ categorias consequuntur, sicuti nos demonstrabimus suis locis.

Caput

¶ Caput secundum, de æquiuocis, vniuocis & de nominatiuis.



Aequiuoca dicuntur ea, quorum nomen solum commune est, ratio vero substantiæ nomini accommodata diuersa. vt animal dicitur & ipse homo & id quod est pictum.

Declarem primo quisnā fuerit animus Aristoteli in hoc capite ex quo deprehendemus secundo, quo pacto hæc conducant ad intellectum prædicamentorum, tertio vero interpretabimur singula, quæ Aristoteles docet in hoc loco. voluit igitur Aristoteles, qui disputaturus erat de rebus, quas prædicamus per voces anteaquam rem ipsam aggredere, nobis ostendere eas habitudines, quæ reperiuntur inter res & ipsarum voces, quod quidem mirum in modum conducet ad categorias, in quibus agitur de rebus, qua ratione significantur per voces. quod si rursus roges causas, quibus commotus Aristoteles tantum docuit tres affectiones rerum quatenus significantur per voces, cum sint plures aliæ, nam aut res habent vnicum nomen, & diuersam rationem, quatenus significantur eo nomine, & dicuntur æquiuoca, qualia sunt ea, quæ significantur hoc nomine canis, aut habent plura nomina & secundum illa eandem rationem, vt Marcus, Tullius: ensis, gladius, & dicuntur multi voca: vel habent idem nomen, & eandem rationem quatenus conueniunt in eo nomine, vt Petrus, & Paulus, se habent secundum hoc nomen homo, & dicuntur vniuoca. aut habent diuersa nomina, & diuersas rationes quatenus dicuntur per illas voces, vt equus, homo, & vocantur diuersiuoca. aut sunt denominatiua, respondemus forte id factum fuisse studio breuitatis.

Secundum Caput

uitatis, quod facillime multiuoca, & diuersiuoca ex hisce intelligamus, vt pote quæ sint his opposita, vel quia disputatio de his ad præsens institutum parum facit: ad hoc enim quod res, quatenus explicantur per plures voces, vel secundum eandem, vel secundum diuersas rationes, collocentur in prædicamentis, non indigent peculiari cõsideratione, neq; habet aliquod proprium, sicuti habent hæc, quæ in hoc capite Arist. docuit.

Differit de equiuocis in priori loco, quod prima habitudo rerum ad ens, quod in decem categorias secatur, sit habitudo, et affectio equiuocorum, quemadmodum in capite de specie Porphy. nos docuit, & antea in prima philosophia docuerat Arist. vel quod hæc iuuent plurimùm vt fugiamus laqueos, & modos sophistarum. nos vero vt plures gradus, & modos, quibus quædam discedunt ab ipsa vniuocatione, quæ regula est aliorum omnium, planius, atq; facilius ostendamus, aggrediemur illud, quod proposuimus in tertio loco, inchoantes ab ea, quæ, diximus, a definitione vniuocorum.

Uniuoca dicuntur quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ nomini accommodata est eadem.

In cuius expositione prætermittam vtilitate quæ magna quidem est, propterea quod hinc naturam vniuocæ prædicationis debeamus cognoscere, quemadmodum in categoria substantiæ Arist. facit, de eo, quod hac definitione explicatur, & de intelligentia eorum, quæ in definitione ponuntur, tractabimus: quæ omnia fere eodem modo sunt declaranda in definitione æquiuocorum. De eo quod definitur ab Arist. licet magna inter quosdam sit cõcertatio propter varias illas sententias philosophorum, quas adduximus paulo ante, cum disputarem de intentione, & argumento huius operis, est nostra cõclusio, & quidem cõsona cum superioribus. hoc loco definiuntur res quatenus habent

bent habitudinem quædam cum nomine. ad eundem modum philosophiamur in definitione æquiuocorum. hoc probamus primo ex eadem definitione in qua illa quæ habet nomen commune definiuntur, sed res sunt huiusmodi & non voces (res enim habet commune illud nomen homo, non hæc vox Plato, aut Socrates?) ergo illæ sunt quæ vt diximus definiuntur. ad eundem modum secundo illa, quæ habet eandem rationem substantiæ secundum nomen explicatur hac definitione, quod non potest quadrare vocibus, quæ potius secundum rem, quæ significant habent eandem, aut diuersam rationem quam secundum nomen. tertio ex eodem Aristotele. in categoria substantiæ, illa definiuntur hac definitione, quæ non sunt in subiecto, dicuntur tamen de subiecto, sed hæc vt postea dicemus rebus conueniunt, & non vocibus.

Quarto ex Porphyri. hoc idem ostenditur. qui cum videatur fauere ipsis vocibus in hunc modum hunc locum exponit, *vniuoca dicuntur res esse, quorum nomen commune est etc.* quæ verba vides quam aperte confirmant definiuntur res non voces, neq; cõtrarium ostendit verbum illud dicuntur, quo Aristotele. utitur in eorum, quæ diximus explicatione, vt pote quod in capite de substantia mutatum sit ab eodem Aristotele. in verbum sunt, inquit enim eo loco, vniuoca sunt. & adducit hanc eandem definitionem prorsus. quibus accedit secundo res ipsas dici per voces quemadmodum iam inde a principio diximus, dum disputarem de materia & argumento huius operis apertiusq; id declarabimus in libris de interpretatione. quod si rogaret aliquis quænam fuerit causa, propter quæ definiēdores utatur verbo dicuntur, quod est referendum ad voces? ex eis quæ diximus haberet ille respondere possum, quia hæc affectio cum ea solū ratione cõueniat rebus, quæ significatur per voces, debuit ita explicari vt ostenderetur eis de adesse, qua ratione habent affinitatem quandam cum vocibus quinimo & hæc eadem definit in numero plurali, quia res vniuoca, neq; equiuoca, neq; vniuoca, dici poterit, sed debet esse res plures

Secundum caput.

plures conuenientes in vno, atque eodem prorsus nomine, qua propter res quæ est homo vt significatur hoc nomine, nõ dicitur vniuoca, bene tamen Socrates, & Plato, qui conueniunt in nomine atque in ratione, quæ ipsis respondet secundum illud nomen homo, & hæc sufficiant circa intellectum eorum quæ definiuntur his duabus definitionibus æquiocorum & vniuocorum. Exponamus iam singula verba, quæ sunt posita in vtraque definitione: rogantes primo, quare posuerit nomen, cum hæc eadem habitudo reperiatur in rebus, vt significantur etiam alijs partibus orationis: multa namq; & diuersa quidem ratione hoc verbo profiteor significantur ex consensu latinorum: habent etiam & cõiunctiones, aduerbia, & præpositiones diuersa munera in vnoquoq; idiomate, sicuti habet vt, apud nos, apud græcos ἄνθρωπος atq; alia aduerbia, seu coniunctiones. Respondemus nomen accipi in hoc loco pro quacunq; parte orationis significante ex instituto hominum idem est enim hoc loco nomen, quod nota, aut notamen, neque est hæc vox incognita in ea significatione, dicimus enim Platonem vti vilitatis nominibus, (oportet tamen ad hoc qd sit idem nomen, sit idem tonus, eadem orthographia; atq; alia accidentia grammaticorum sint etiam eadem, nam amo, & hamo non sunt idem nomen). scio respondere alios id fuisse factum, vt teneremus modum loquendi quando sermo incidisset de voce æquioca, aut vniuoca, quæ haberent plura significata siue eadẽ, siue diuersa ratione, siue illa esset nomẽ siue verbum, siue esset quæuis alia pars orationis, tunc enim debemus apud græcos præponere τὸ articulum, apud latinos aliquod pronomen dicentes, apud hos, illud profiteor, & apud alios suo modo πῶς & quomodo dictiones omnes transeunt quodammodo in naturam atq; intellectum nominis.

Commune, multis modis dicitur apud latinos, & etiam apud græcos autores, in presentiarum tamen dicitur *comu-*

ne

In prædicam. Aristotelis

65

ne cuius vsus est vnus, atq; idem pluribus, (vnde nomen vocatur cõmune quod plura ex e quo significet eadem voce) veluti vsus huius nominis canis est communis domestico, marino & celesti, quandoquidem pariter illa omnia significat nomen canis ex institutione hominum.

Rationis nomine intelligimus definitionem rei, aut aliquid, quod a nobis consideretur vice definitionis. Hæc interpretatio est communis ijs omnibus, qui habent aliquam fidem in exponendo Aristote. quinimo mihi semper sunt visi eam recepisse ab Aristote, qui in capite de substantia loco rationis, ponit definitionem in hoc modo, *ratio quoque hominis, de quodam homine prædicatur, quidam enim homo, & homo est & animal rationale mortale*: vbi loco rationis ponit, vt dixi, definitionem hominis. differentias etiam in secunda proprietate dixit prædicari secundum nomen, & secundum rationem, quia esto in illis non sit definitio, aliquid tamẽ in ipsis habet vicem definitionis, vt in rationali, quod vtitur ratione. frequenter enim apud Aristote. hoc nomen ratio (quod alias multa significat) habet hanc significationem, apertissime tamen hoc inuenitur in quarto libro primæ philosophiæ.

Substantia, accipitur in presentiarum ab Aristote. pro essentia vnius cuiusque rei, siue illa sit substantia, siue accidens, siue eorum modus significatus per vocem, (in prima categoria declarabimus significata substantiæ.)

Nomini accommodata, quia debet assignari ratio ipsis rebus secundum quod significantur eo nomine, nam domesticus canis, Sydus, & piscis, sunt æquioca secundum quod significantur per hoc nomen canis, secundum vero hoc nomen substantia, aut corpus erunt vniuoca, erit ergo ex his omnibus, intellectus verus illius definitionis, vniuoca sunt plures res, quæ significantur vno atq; eodẽ nomine, hæc omnia ad eundẽ per omnia modum debent intelligi in definitione æquiocorum.

I Acqui

*Equiuoca dicuntur quorum nomen est commu-
ne ratio vero substantia nomini accommodata di-
uersa.*

Habent tñ hæc non eandē sed diuersam rationem, verūta-
men in his est non parua disputatio circa formas & modos
æquiuocationis, quos non solū varijs nominibus sed forsam
varijs rationibus assignauerūt philosophi, ego tñ sequutus
Ari. in quarto capite septimi libri de physica auscultatione:
primo explicabo formas æquiuocationis, & nomina quibus
significantur apud alios, maxime autem apud Arist. secundo
forsam aperiā discrimina, quæ inter eadē æquiuocā reperiū-
tur, differam tamen præcepta, quibus debemus dignoscere, sit
ne vniuocum, aut æquiuocum nomen, vsq; ad decimum ter-
tium caput primi libri de locis argumentorum, vbi copiose
traditū ab Arist. ad eorum, quæ proposuimus explicationē
libet prius adducere locū ex quarto ca. 7. lib. phys. iuxta ver-
sionem Argiropili quibēt in hūc modū, *æquiuocationū autē a-
liæ nimium distant, aliæ similitudinē quandā habēt, aliæ sunt pro-
pinquæ aut genere, aut similitudinē rationis, quæ propter eisdē æqui-
uocationes sunt, nō esse tñ videntur.* vnde habemus hāc æquiuo-
corū sectionem, aut multum distant, aut similitudinē habent,
aut sunt propinqua genere, & similitudinē rationis, quæ omnia
alijs verbis appellarunt cum græci, tum etiam latini scripto-
res. æquiuoca aut sunt fortuna & casu, aut consilio, & cogita-
tione. a fortuna quando sine vlla pñorsus animaduersionē
plura, quæ habent diuersam rationem significantur vno, atq;
eodem nomine, vt Alexander dicitur & Priami, & Philippi
Regis Macedonū filius, & hæc erunt quæ multum distant a-
pud Aristote. vulgatum exemplum apud nos est in nomine
canis, a cogitatione vero sunt quatuor modi, a similitudine.
vt homo de homine dicitur, & de effigie ipsius, solū propter

simi

litudinem, dixit hæc Arist. quæ habent similitudinē est alius
secundus modus a proportione, quemadmodum principium
dicitur de vnitatis puncto, corde, consilio, rege & imperatore
quæ habent quandam principij proportionem. est tertius ab
vno, vt medicum ab vna medicina, de instrumento dicitur,
de medicamento, & libro, est postremus & quartus ad vnum
quod vocat aliquando Aristote. ad vnam formam, quomodo
dicitur sanum de animali, vrina, & medicina. hæc autem quæ
ab vno sunt, & ad vnum a quibusdam vocantur media, & nō
æquiuoca, & hæc sunt quæ dicuntur ab Aristote. propinqua
similitudinē rationis, nam alia quæ sunt propinqua genere
quia in eo latent multa, non logicam sed alterius scientiæ fa-
ciunt æquiuocationem: minores alijs verbis appellant hos mo-
dos æquiuocationis, quosdam enim ex eis, qui sunt a consilio
dicunt proportionalitatis, alios vero proportionis, vel ad v-
nam causam formalem, aut efficientem, aut materialem, aut fi-
nalem, quæ clare & docte exposuit Dominicus Soto in hoc
eodem loco, nobis tamen placuit alius modus græcorum, cū
vt haberes de hac re apertam sententiam Aristotel. tum
etiam vt intelligeres voces, quæ fuerunt in vsu antiquo-
rum. Aristoteles verò noluit recensere in hoc loco o-
mnes formas & modos æquiuocationis, quod parum fa-
ceret, vt reijciamus à prædicamento, quod sit aut in hoc,
aut in alio modo æquiuocationis, esto ad alias res cognos-
cendas multum conferat, vt intelligamus inquam in-
quibus possimus vti comparatione, inter quæ debeat, a-
ut possit fieri demonstratio a proportione, quando æ-
quiuoca continentur in eodem obiecto scientiæ & pos-
sint quodammodo habere vnam rationem, quæ nos Chri-
sto aspice, si hæc quæ modo dicimus, profuantur decla-
rauimus in septimo libro de Physica auscultatione, vbi
pluribus quomodo inter se hæc differant explicabimus.

quod iure suo hæc omnia exigat ille locus, interim tamen quo melius retineas memoria affectiones omnes, quas habent res, respectu vocis, habeto hanc illarum omnium sectionem.

Reserim secundum voces.

Alię sunt eiusdem vocis. Alię diuersarum vocuum

eiusdem. diuersarum vocuum.

ęquiuoca. vniuoca. diuersiuoca. multiuoca.
ęquiuoca.

a fortuna. a consilio.

a consilio.

pppter similitudinē. pppter portionē. ab vno. ad vnū.

Velut alij ea quę sunt a consilio diuidunt, a consilio, vel propter spem & memoriam vel proportionalitatem, & proportionem.

Proportione.

Ad vnā formam, vel ad vnum efficiens, ad vnum subiectum & ad vnum finem.



Vidam possuerunt de nominatiua, in medio eorū quę sunt aut vnius vocis, aut diuersarum vocū, alij vero inter vniuoca, & ęquiuoca, quod partim conueniant nomine, partim vero differant, & secundum rem significatam se habēt eodem modo. & hæc sunt quę

quę docet Aristotel. in hoc loco, nos vero exponemus tria quę sunt necessaria ad intelligentiam denominatiuorum. Primo enim dicemus quomodo hæc conducant ad ea quę in prædicamentis Aristo. docet. Secundo, an hic definiantur res, an vero nomina. tertio quot sint necessaria ad rationem denominatiuorum, ex quibus intelligemus facile definitionem quā tradit Aristote. in hoc loco. sunt igitur hæc necessaria primo vt intelligamus modum, quo de substantia consueuerunt dici accidentia, secundo etiam propter ea quę Aristotel. docet in categoria de qualitate, & quali, quemadmodum locus ille nobis declarabit. Alterum verò maiorem habet dubitationē propterea quod illa videantur explicari hac definitione quę casu differunt quod solum conuenit vocibus: nos tamen quo incorruptius quid verum sit iudicemus, perpendamus oportet ea omnia, quę in denominatiuis inueniri possunt, atqui reperitur in primis exempli gratia albedo, deinde album, & Socrates, qui denominatur albus. quę in definitione ponuntur, neq; conueniunt albedini neque Socrati, neutrum nanq; cū differat solo casu, ab alio habet appellationem, albedo nanq; non recipit appellationem ab alio, immo inter hæc cōtingit contrarium, Socrates vero ab albo, aut albedine non differt solo casu. id etiam secundo Aristo. in ipsa exemplorum appositione declarauit. inquit enim vt a grammatica grammaticus, & a fortitudine fortis, idem etiam explicat in categoria de qualitate & quali, vbi affirmauit ea esse qualia, quę secundum qualitates denominatiue dicuntur. illud postremo ostendemus ex cōditionibus, quas denominatiua debēt habere, quā obrem nobis constituatur, vt manifestissimum, & certum album & forte, & alia huiusmodi quę sunt denominatiua de finiri ab Aristo. in hoc capite, albedo vero est denominans. Socrates denominatum, denominatiuum vero est album, fatemur deinde res quę est albū definiri, & nō nomen, quo res

Secūdum caput

illa significatur, (non quod definitum quod est definitioni e quale sit album, illud enim est denominatiua hoc est res perfecte quatenus habent secundum nomen affectionem, quam modo inuestigamus,) sed quod nobis appositione exemplorum quod querimus manifestauit, probamus primo ex categoria de qualitate & quali, in qua cum probatum sit a nobis res poni, quatenus per nomina significantur, Aristote. dixit, qualia dici denominatiua a qualitatibus: nomina vero non sunt qualitates, nam res que est albedo est qualitas non nomen quid enim habet vox albedo, quod non habet vox quantitas: si res secludamus, ratione cuius vna sit qualitas, altera vero quantitas, res sane est facilis, secundo res & non nomina habent appellationem ab aliquo, nam habere appellationem ut aliqui finistre intelligunt, non est deriuari, huius enim consideratio grammaticorum est, & non huius artis. hanc omnia tibi fient apertiora si semel perlegeris categoriam de qualitate & quali, verum est secundum nostrum idioma non ita constare rem que est album, bene denominatiuum appellari, tamen dictio græca qua Aristot. atq; græci omnes vtuntur hoc dubium aufert: dicuntur enim *μαρονομα* hoc est similia in denominatione, quod optime rei que est album conuenit, ut sit albedini similis in denominatione hoc est in nomine, est enim prope idem nomen albedo & album, cum differant solo casu quemadmodum Aristoteles in hoc loco testatur. hinc facile argumentum dissoluitur quod ex illis verbis definitionis solo casu differunt sumebatur, est enim hæc habitudo reru, quatenus per nomina significantur, quamobrem nihil mirum quod in definitione fiat aliqua mentio casus.

Vt intelligamus aliud quod tertio loco erat inuestigandum oportet in memoriam reuocare illud quod diximus paulo ante denominatiua inquam media esse inter vniuoca, & æquiuoca, æquiuoca enim solo conueniunt nomine, discordant au-

tem.

In prædicam. Aristotelis.

68

tem definitione, vniuoca & in ratione conueniunt, & nomine, ea vero que sunt denominatiua, partim conueniunt, & partim differunt nomine, ab eo, a quo habet appellationem, conueniunt enim in principio, & differunt in fine nominis, ut apparet in albo, quod ab albedine appellationem habet, re etiam differunt quodammodo, & conueniunt alio modo, albu. n. albedinem significat in aliquo, quod albedo non facit eodem modo. ex quibus oportet primo ut sit res, a qua debeat vocari, quamobrem studiosus non erit denominatiuum ab studio, quia studio non est res secundum quam debet appellari eo modo. secundo ut sit etiam nomen: quapropter a virtute non dicitur studiosus, esto res ad sit, quia non est virtus nomen a quo studiosus differt solo casu habendo appellationem ab aliquo. tertio vero ut conueniant ut diximus in principio, & differant in fine nominis, Ammonius addidit. quarto ut in re sit etiam conuenientia, sicut in voce, que omnia ita habere intelligemus ex definitione, que est explicanda in hunc modum, denominatiua dicuntur que ab aliquo habent appellationem, a quo secundum nomen solo casu differunt. i. sine syllabarum qui dicitur casus, & hoc modo soluitur captiones nominalium, de definito huius definitionis. debes tamen ulterius animaduertere quod denominatiua dicuntur esse in triplici differentia, quedam n. sunt sola voce, ut studium studiosus, alia vero re solum, ut virtus studiosus: alia re & voce, ut fortitudo fortis, que distinctio mihi videtur fuisse desumpta ex Ari. in cap. de qualitate & quali, ex his tamen solum definiuntur denominatiua tertio modo, quemadmodum constat ex conditionibus atque etiam ex eorum definitione. Est tamen dubium, quam habitudinem habeat terminatio illa femina, grammatica, exempli gratia, cum grammatica, ut est nomen artis? huic dubio quidam ex nostris facile satisfaciunt, reducetes eam affectionem ad habitudinem æquiuocorum, quod mihi non probatur, quia re vera non est idem nomen, cum non adsint eadem accidentia grammaticalia. ob eamque rem aliqui ex grecis reuocarunt

I 4

ad

Secundum caput.

ad habitudinem denominatiuorum, non quod sit re vera denominatiuum, secundum omnes affectiones & conditiones denominatiuorum, sed quia debet ad eam reduci, quia est secundum re, licet aliquid deficiat ex parte vocis, propterea quod non differunt sine dictionis. dubium tñ hinc oritur an debeat dici idem nomen quando longitudo aut breuitas syllabarum mutatur propter solam declinationem nominis quæ admodum contingit in nominatiuo, eadem, & in ablatiuo eiusdem vocis & declinationis, verum tamen cum aliud sit nomen ex Ari. aliud vero casus nominis dicitur casus eiusdem nominis, possumus vltius rogare; an homo sit denominatiuum ab humanitate, aqua primo habet appellatiuam, & secundo differt solo casu secundum nomen? quidam ex nostris dixerunt esse denominatiuum, non re, sed sola voce, causam tamen huius secundi non reddiderunt, eam tamē nos assignabimus in categoria qualitatis, respondentes quomodo illa recte definiatur, est secundum quam quidam dicuntur quales, cū non sit ab Aristote. definita quantitas, est secundum quam quidam dicuntur quanti.

Caput tertium, de his quæ dicuntur.

Horum quæ dicuntur alia cum complexione alia sine complexione dicuntur, illa talia sunt, homo currit, homo vincit, hæc istiusmodi sunt, homo, bos, currit vincit.

IN hoc tertio copite Aristot. ponit alia duo theoremata necessaria vt in principio diximus ad intelligentiam eorū, quæ docet in hoc opere, quod vt manifestū faciamus, dicemus.

In Prædicamen. Aristot.

69

mus quo modo hæc diuisiones inferuant disputationi categoriarum, secundo quidnam sit illud quod ab Ari. diuiditur in vtraque diuisione tertio vero declarabimus alia, quæ pertinent ad intelligentiam eorū, quæ Arist. docet. Primū quidē est facile ea enim quæ ad categorias pertinent, debent dici sine complexione, vnde est illa diuisio Arist. eorum quæ secundū nullam complexionem dicuntur, singula aut significant substantiam &c. lege quartum caput. quoniam modo altera diuisio eorum quæ sunt sit necessaria apertissime videbim⁹, in capite de substantia. alterum vero est magis difficile, propter varias sententias philosophorum, maxime vero nominalium, qui sibi prorsus persuaserunt, voces diuidi in priori diuisione, quod solæ dicantur cū complexione, aut sine complexione, nos tñ respondemus sicuti in superioribus, non esse prorsus reiiciendas res, aut cōceptus ab hac diuisione, quod probamus primo ex communi modo loquendi ipsorum hominū, nam & dicuntur voces dum proferuntur, & res etiam dum narrantur, conceptus præterea dum ipsos cum complexione aut sine complexione enuntiamus, eos præterea qui ipsas res non attingūt aut non bene aperiunt suos cogitatus, etiā si articulate omnes voces proferant, affirmamus nihil dicere, & amicitatibus qui voces non edunt, quærimus quid dicant, adeo vt iā dicere, & loqui transferri soleant ad interiorem animæ loquutionem, quod est receptissimum inter philosophos, secundo hac ratione dialecticus a grammatico separatur, quod ille non agit de solis vocibus, neque grammaticorum more iudicat de incomplexione, aut complexione, vocum: sed vltius attingit res, iudicans num complexio illa oriatur ex ipsa re, an vero propter penuriam nominum tantum inueniatur in voce. vltius tamen vt intelligamus omnes modos eorum quæ dicuntur cum complexione, in memoriam reuocemus oportet, quædam medio verbo dici cum complexione, vt si dixe-

Tertium caput

ris homo est animal rationis particeps: alia vero media con-
iunctione, vt Socrates & plato, alia affinitate quadã substan-
tium atq; denominatiui, vt homo albus, est & alia complexio
quarta, quę fit per essentialē affinitatē, qualis inuenitur in
definitione animal rationale mortale. hæc omnia sunt reijciē-
da a serie prædicatorum, quia sunt vel diuersorum prædica-
mentorū, vel esto sint in eodem, aut retinēt diuersa loca su-
perioris & inferioris, aut vnum in recta linea, aliud vero in
latere ponitur, Arist. tamen in hoc loco eorum dumtaxat ad-
duxit rationem quę dicuntur cum complexione, primo mo-
do. est tamen eadem ratio etiam aliorum, quamobrē in quar-
to capite sumpsit eorum quę s̄ nullam complexionē dicū-
tur, singula aut significant substantiam, &c. aliquando ta-
men penuria nominum vtimur circuitionibus ad explican-
dum ea quę in prædicamentis ponuntur, vti animatū corpus
ponimus sub corpore, quia non possumus res ipsas explicare
alio modo.

De eis quę sunt.

Eorum quę sunt, alia de subiecto quidem dicū-
tur, in nullo verò sunt, prorsus subiecto: vt ho-
mo, de quodam homine dicitur, vt de subiecto, in nul-
lo autem, est subiecto:

Alia in subiecto quidem sunt, de nullo verò sub-
iecto dicuntur. Atq; id in subiecto esse dico: quod in
aliquo quidem est, & non vti pars: vt sit autem seor-
sum ab eo in quo inest, fieri nequit: vt quadam grā-
matica

In prædicam. Aristotelis

70

matica est quidem in anima, vt in subiecto: de nullo
verò subiecto dicitur: & hoc album in subiecto quide-
m est corpore (omnis enim color in corpore est) de nullo
verò subiecto dicitur.

Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto etiã sunt
veluti scientia in anima quidem est, vt in subiecto:
de grammatica autem dicitur, vt de subiecto.

Alia neq; in subiecto sunt, neq; de subiecto vlllo
dicuntur: vt quidam homo, & quidam equus: nihil
enim talium aut in subiecto est, aut dicitur de subiecto
Atq; indiuidua simpliciter & ea quę vna numero
sunt, de nullo quidem subiecto dicuntur, in subiecto
autem nonnulla ipsorum nihil prohibet esse: quadã
enim grammatica ex ijs est planè, quę in subiecto
quidem sunt, de nullo verò subiecto dicuntur.

HÆC verba penantur a quibusdam philosophis in
vno atq; eodem capite cum superioribus in quibus
Aristo. declarauit quãdã dici cum cōplexione, alia
vero sine complexione: ab alijs vero collocantur in alio capi-
te, hoc aut parum attinet ad intelligentiam categoriarū, mo-
do formam & verū huius diuisionis intellectū secundum pe-
ripatericos teneamus, ex quibus facile deprehēdemus quomo-
do hæc eadē sint necessaria ad cognitionē prædicamentorū. Diui-
sio in primis aptissime est rerū, quẽadmodū et inscriptio huius
capitis, et verba ipsi Ari. nobis ostēdūt. inscribitur nãq; apud
gręcos

Tertium Caput

græcos περιττων οντων hoc est de ijs quæ sunt, quibus etiam accedit res non accidentium nomina esse in subiecto, quemadmodum Aristo. in capite de substantia nos docuit, quo loco cum hæc eadē repeteret, affirmavit, albedinē quidem in subiecto esse, de subiecto tñ non prædicari, verum est huiusmodi diuisione esse complexā, partim enim fit a modo ipsius esse, partim vero a modo prædicationis, debetq; explicari in hūc modū, eorū quæ sunt aut sunt perse (idem enim est vt dicemus esse perse & non esse in subiecto, & esse in alio & esse in subiecto) vt substantia, aut in alio vt accidens, aut se alijs impertiūt, & sic est vniuersale, aut non, & sic est singulare aut particulare, copulatur nanq; vniuersale substantiæ, & accidenti, & ad eundem modum aliqua ex parte eisdem coniungitur particulare, quo fit vt non possimus absq; distinctione explicare huius diuisionis qualitatem, nam illa ex parte qua ea quæ sunt secantur, in substantiam & accidēs est diuisio analogi, ex alia vero qua diuiditur substantia in particularem & vniuersalē, & ad eundem modū accidens, est subiecti in accidentia: nā siue substantia siue accidens subiectum est vniuersalis, & particularis, quatenus in hoc loco considerantur. duo hinc apparent, primum quomodo hæc diuisio pertineat ad cognitionē categoriarū, quia licet sit hæc diuisio in minima, est tñ eorū omnium, quæ in categorijs collocātur, est enim substantiæ & accidentis vniuersalis & particularis, cōtinet præterea modos ipsius esse rerū, & modos etiā subiecti & prædicati. vsus fuit in hac diuisione Ari. interdū verbo dicūtur, interdū vero verbo sūt, quia tractat modos ipsius esse, & subiecti, & prædicationis, qui pertinet ad enuntiationē. quā obrem verba illa Ari. ita debes explicare, eorū quæ sunt alia quidē de subiecto dicūtur, in nullo vero subiecto sunt, id est alia sūt vniuersales substantiæ, alia in subiecto sunt, de nullo subiecto dicūtur, i. alia sūt particularia accidentia, alia de subiecto dicūtur, & in subiecto sūt. i. alia sūt

vni-

In prædicam. Aristotelis.

71

vniuersalia accidentia, alia neq; in subiecto, neq; de subiecto dicuntur, hoc est, alia sunt substantiæ particulares.

Quod si roget aliquis, quo pacto nos ea quæ sunt, in substantiam vniuersalem, & accidens particulare, in accidens vniuersale, & substantiam particularem diuisa fuisset, exponamus; cum Aristote, alijs verbis in hac eadem re vtatur? Respondet. Porph. Simpli. & Ammon. loco nominū, quibus nos sumus vsi, assignasse Aristo. descriptiuas rationes eorū, quæ illis vocibus significantur: nam in subiecto esse descriptio est accidentis, substantiæ vero in subiecto non esse. dici de subiecto est descriptio vniuersalis, non dici autem est descriptio particularis, sicut autem illa coniungis dum asseris, substantia vniuersalis, accidēs particulare, ad eundem modū & has definitiones, sicuti Aristote. fecit, copulabis, non sunt in subiecto, & dicuntur de subiecto, sunt in subiecto, & non dicuntur de subiecto. quod oportet memoriæ commendare, ad intelligendam categoriam substantiæ, & multa alia, quæ in eo loco falso dicuntur ab autoribus, quemadmodum ibidem apertissime demonstrabimus, veruntamen quia hæc voces esse in subiecto dici de subiecto atque alia, non erant satis familiares, & notæ eas declarauit Aristo, sumens in hoc capite initium ab eo quod est esse in subiecto, aliud vero quod est dici de subiecto, explicat sequenti capite, secundum diuisionem latinorum, in quibusdam enim græcorum exemplaribus hoc caput protenditur vsq; ad categoriam substantiæ. inquit igitur.

In subiecto esse dico quod in aliquo quidem est, & non vsi pars vt sit autem seorsum ab eo in quo est fieri nequit. vt quadam grāmatica est quidem in anima vt in subiecto, de nullo vero subiecto dicitur. &c. Hæc descriptio, si ea quæ super Porphy. diximus in sexto capite, memoria tenemus apertissime nobis ostēdit naturam accidentis, cuius esse est in alio esse, siue sit materiale

Tertium Caput

riale siue spirituale, nam vtriusq; exempla fuerunt apposita: verum tamen quia iuxta sententiam Arist. in quarto libro de auscultatione physica multis modis contingit esse in alio, illis verbis, & nō vt pars, vt sit aut seorsum ab eo in quo est fieri nequit, modum quo accidens est in aliquo à cæteris alijs separauit, nam est quidem Socrates in foro sed potest illum locū relinquere, & esse dōmi, aut in alio loco, ad eūdem modū, quod est in hoc, aut in alio die (quod quidem est in tempore,) potest seorsum esse, hoc est in alio die. est tertio totū in partibus, nequit tñ subsistere relictis partibus, absq; illis enim non erit totum, q̄ sit vtriusq; vnum atq; idem esse, quod non cōtingit in subiecto & accidenti potest enim vt in capite de accidenti dixit Porphy. esse subiectū absq; accidenti & sunt. partes in toto vt in homine, pedes & brachia, sunt tñ vt partes. adhęc sūt species in genere, & in speciebus gñs, alio tamen modo quam partes in toto, aut totum in partibus, quemadmodum in capite de genere, a nobis fuit explicatum: ad sunt vt subiectiue partes in toto, quod de ipsis etiam seorsum prædicatur. sunt præterea res subditorū in principe, possunt tñ esse cum gubernatione senatoria, & optimatū. est deniq; res in suo fine, nō ita quod in eo cōsistat, sed quia ad eū ordinatur. & forma in materia, cui a toto genere non repugnat esse seorsum, quemadmodum nobis apertissime probat anima rationalis, est accidēs in subiecto cui solum, cōueniūt que Arist. dicit in hac parte est enim in aliquo, quia eius esse est inesse, & nō est pars, quia non pertinet ad vnum atq; idē esse, quē admodum totū, a quo idē numero esse recipiunt partes, vt sit aut seorsum ab eo in quo est fieri nequit. nā quē admodū Arist. in multis locis probauit affectus res non possunt a subiecto separari. quod si nobis ex Porphy. obieceris, aliquid esse accidēs separabile, respōdemus illud contingere si cum proprio cōferatur, debet tñ sic explicari, non q̄ possit esse separatam sed quod absq; sui

congru-

corruptione subiectum sine accidenti intelligatur, neq; odores ab eo in quo sunt separantur, nam cum tenui quadam substantia ad nos trāsmigrat mali fragantia, quam ob causam pomum solet rugas contrahere. de simulacris quibus sentim⁹ vsq; ad libros de anima non disputamus. quid sit dici de subiecto declarauit Arist. illis verbis: quando alterum de altero prædicatur vt de subiecto, nobis tamen in hac parte quasi appositione exemplorum quid esset non dici de subiecto, exposuit cum inquit.

Atque indiuidua simpliciter, & ea quæ vna numero sunt, de nullo quidem subiecto dicuntur, in subiecto autem non nulla ipsorum nil prohibet esse.

Lege ea quæ de indiuiduo. in capite de specie breuiter diximus.

Caput quartum.

DE REGVLIS,



Um quippiam de quopiam prædicatur vt de subiecto: ea quæ de prædicato dicuntur, dicentur etiam de subiecto: vt homo de quodam homine prædicatur, animal autem de homine prædicatur: igitur animal de quodam etiam homine prædicatur: quidā enim homo & homo est & etiam animal.

SCio plures ex philosophis fuisse arbitratos Arist. tradere in hoc loco quasdā regulas & præcepta, necessaria quidem ad intelligentiam categoriarum, quemadmodum de

Quartum caput

deprehendemus ex categoria substantiæ. multi tamen ex interpretibus græcorum, iuxta quorum sententiam melius omnia coherent, existimarunt, Aristote. declarare quid sit dici de subiecto, quod contingit quando sic alterum de altero prædicatur, vt ea quæ de prædicato dicuntur, de subiecto etiã dicantur, explicant apertius interpretes, quando ita de alio vniuoce (hoc est nomine & ratione prædicatur) vt quidquid dictum fuerit de prædicato, de subiecto etiã eodem modo prædicationis dicatur: quemadmodum in categoria substantiæ Aristote. visus est declarasse, vnde iuxta istorum sententiam hæc etiã est descriptio vniuersalis, quod de subiecto dicitur, id est quod sic de altero prædicatur, vt quidquid dictum fuerit de prædicato de subiecto etiã dicatur.

Oriuntur tamen circa ea quæ diximus quædam dubia. Primum, an ea sit vniuersalis natura, vt debeat in hunc modum, vniuoce inquam hoc est nomine & ratione, de suis inferioribus prædicari? Alterum quomodo ex eis quæ modo accepimus ab Aristot. deducamus dici de subiecto, esse vniuoce prædicari? Tertium verò cum hæc omnia conueniant definitioni, quæ non est vniuersale, quo pacto affirmemus his verbis, dici de subiecto, aut quando alterum de altero prædicatur ita vt ea omnia quæ prædicato conueniunt, subiecto etiã debeant quadrare: explicari naturam vniuersalis? primum quidem habet difficultatem, propterea quod ex communi multorum sententia illa omnia prædicata quæ definiuit Porphy. sint species vniuersalis, quibus nõ conueniunt ea, quæ in hoc loco da⁹ vniuersali, nõ enim conueniunt quarto & quinto prædicato. nam licet nomine prædicentur, non possunt ratione prædicari. quomodo enim erit ratio hominis, aut equi, ratio albi, quod de illis vt accidens prædicatur: hæc tamen non obstant quo minus cum Ammonio, Simplicio, Alex. & domino Soto, dicamus vniuersale quatenus tale habere inferiora
de

In prædicamentis Aristot.

73

de quibus vt de subiecto hoc est nomine & ratione dicatur, Probamus primo ex definitione, quam apertioribus verbis in alio loco Arist. tradidit, vniuersale inquit est vnum in multis & de multis, ego intelligo vnum perse, & non proportione vnum, aut per accidens. quia natura sua est collectiuum plurium, sed nequit perse esse, vnum in multis, si non sit in illis essentialiter, quapropter necessarium est, quod diximus, ad hoc quod aliquid sit vniuersale, non est enim album vnum perse, respectu Socratis & Platonis, sed potius per accidens, bene tamen respectu huius, & illius albi, quibus accedit vniuersale multa colligere, vt vnumquodq; est tale, album colligit hunc hominem, & hunc leonem, non quatenus sunt hic homo, & hic leo, sed potius quatenus sunt hoc album. & illud album, at quomodo perse multa colligeret nisi ea aliquo modo contineret essentialiter? Secundo alio argumento probatur, illa sunt inferiora vniuersalis, ex quibus inductione colligitur commune ipsum atq; vniuersale hoc autem fit scilicet ex inferioribus quæ habet essentialiter, ex hoc enim & alio atque alio albo, non ex niue aut lacte, inductionem facimus ad colligendum perse album: quo circa respectu illorum erit vniuersale. hanc sententiam visus est Aristot. in quarto libro primæ philosophiæ, cum disputaret de toto probasse, ait enim vniuersale id esse, quod omnino dicitur, hoc est vniuersaliter prædicatur: quod non contingit in vniuersum, nisi respectu eorum quæ sub se habet essentialiter. Tertio hæc prædicationes, Socrates est albus, Plato est albus, ex sententia Aristot. ideo sunt per accidens quia album per aliud hoc est per sua individua, vel per hoc album, & illud album, de illis prædicatur, dicitur ergo de illis mediate quia sunt hoc album, & hoc album, quæ prius respicit vniuersale album. fiet etiam hæc res probabilior si per abstractionem fiat vniuersale, erit enim tunc temporis communis illa atq; indifferens ratio, quæ vni-

K uersa

uerfale habet ad multa naturalis, ac proinde secundū quam possit nomine & ratione de multis predicari, ex eis quæ modo diximus facile argumēto satisfacimus: nam album vniuersale est propterea quod habet plura de quibus nomine & ratione predicatur, sit vero vniuersale specificum, si plura illa differant numero, & de ipsis in quid dicatur. fiet vero quintū predicabile, si illa plura reperiātur in aliis de quibus dicatur per accidēs. ad eundem modū, dicerem de quarto prædicato: est enim risibile vniuersale, quia respicit plura essentialiter est autē quartum predicatum, quia plura illa quæ respicit ita in vna specie continentur, vt cum plura cōuertantur. q̄si tibi nō placet habes modū in alijs autoribus quo iuxta aliorum sententiās debeas hac in re philosophari. Alterū quod rogabam⁹ deduxit Ammonio⁹ ex illis verbis, vt de subiecto: nam est predicatio de subiecto in quo est; est & alia quæ est de aliquo, nō quocūq; modo, sed de aliquo vt de subiecto, quæ iam dicit alterū esse alterū, vt homo est animal, posset ex cap. de substantiā probari, q̄ apud Ari. sic se res habeat: qui ibidem colligit quædam de subiecto predicari nomine & ratione, quædam vero solum nomine quod illa dicantur de subiecto, vt de subiecto hac vero de subiecto at in subiecto, definitionē vero de qua in tertio loco fuerat proposita dubitatio Simplicius reijcit a ratione vniuersalis, quod nō dicat alterū de altero, nō enim est alterum: genus vero, propter indeterminate significatū cum de homine dicitur p̄t vocari alterū, quia illud idē p̄t de equo predicari, q̄ nō cōtingit in hac definitione animal rationale, nulla n. ratione quis poterit ipsam vt alterum contemplari.

Eorum quæ sunt diuersa genere, & nō ita se habent vt alterū sub altero collocetur, diuersa sunt spe-

specie differentia: vt animalis atq; scientia. Animalis namq; differentia sunt, gressibilis, & bipes, & volatile degensq; in aquis: scientia vero nulla ex his est differentia: nō. n. hoc scientia à scientia differt, quod sit bipes. Eorum vero generum, quorū alterum sub altero collocatur, easdem esse differentias nihil obstat: supera enim de suis inferis predicantur. Quare quotquot differentie predicati sunt, totidem erunt & subiecti.

Docet prætera Arist. quomodo in categorijs se habeant genera, si cōferantur cum differentijs, quod nō erit intellectu difficile, si semel nobis cōstiterit quæ ḡna dicantur poni subalternatim & quæ non ponantur: nam corporeum & incorporeum nō ponuntur sub alternatim, habet tñ ex multorum sententia eandē differentia cōmunē, nepe rationale, & re vera eadē differentia bipedis in his duobus generibus inuenitur animal gressibile & animal volatile. genera igitur subalternatim posita sunt quorū vnum ponitur sub alio quemadmodum Arist. docet in hoc capite, & in libris de locis argumentorū. nō subalternatim posita contrario modo debent explicari, quorū vnum sub alio non collocatur, siue sint eiusdem, siue etiam diuersarū categoriarum, vt animal & scientia, corpus & spūs, ex quibus neutra sunt genera subalternatim posita, esto corpus & spiritus sint sub genere substantiæ, differentia vero quarum etiam Aristotel. meminit in hoc capite, quædam dicuntur differre specie: non quod in differentijs proprie quemadmodum super Porphyrii. diximus reperiantur species, sed quod sint substantiales differentie (sunt enim aliæ differentie p̄portioe

Quartum caput.

quæ bene reperiuntur in diuersis generibus, nam carere pedibus est quorundam animalium differentia, est etiam proportione quadam differentia quorundam instrumentorum. pedes enim habent sella & mensa, caret autem mortarium & alia,) quarum aliæ quemadmodum Porphyr. docuit in capite de differentia sunt quæ diuidunt genera: aliæ, autem quibus constituuntur species: quibus sic constitutis, ita erit præceptum Aristot. intelligendum, genera quorum vnum prorsus non est alio superius, quatenus talia nequeunt habere easdem substantiales, aut diuidentes, aut constituentes differentias: licet, secundum proportionem nonnunquam easdem habeant, sicuti diximus de eo quod est habere pedes, quod homini competit, & sellæ. quando vero vnum fuerit alio superius nil prohibet quo minus habeant easdem substantiales differentias: nam cor porcum & corpus constituit & viuens atque animal, nam plures differentia faciunt vnam speciem, vnde animal definimus substantia corporea animata sentiens, vbi ponimus plures differentias, (superiora vero non habent differentias inferiorum, nisi potestate solum, de quo non est sermo in presentiarum) hoc ita se habere colligemus ex probatione Aristot. in hoc loco, superiora enim de his quæ sub ipsis sunt generibus prædicantur: quare quotcumque differentia prædicati fuerint, totidem erunt & subiecti. nam si prædicatum est de essentia subiecti, erit etiam & differentia illius prædicati. ex quibus colliges sentire Aristote. in hoc loco inferiora habere actu superiorum differentias essentielles, quas non possunt habere alia quæ sub illis non collocantur. superest tamen dicamus quomodo hæc quæ modo diximus pertineant ad artem categoriarum, & an sit sermo apud Aristot. in presentiarum de differentijs, qua ratione constituunt, an vero simul cum his complectatur eas, qua ratione diuidunt, a quibus facile me expediam, nam cum in prædicamentis vt nos docuit Porphyr. in


cap.

In prædicam. Aristotelis.

75

cap. de specie, sint quedam summa genera, quedam vero subalterna, opere precium erit tenere aliquot præcepta quibus separemus huiusmodi genera: hæc autem traduntur ab Aristot. in hoc capite quæ diuersa sunt inquit nequeunt habere communes substantiales differentias, quas bene aliquando habent genera subalterna: sermo præterea non est de differentijs qua ratione diuidunt, sed potius quatenus genera ipsa subalterna constituunt, quemadmodum probatio ipsa Aristot. declarauit, quæ cum sumatur tota a ratione eius quod prædicatur compositionem potius innuit quam diuisionem. adhuc etiam diuisiua differentia est solum potentia in superiori genere, de quo vt paulo ante diximus non est sermo in hoc cap. cum dicit habere, aut non habere easdem differentias,

¶ Caput quintum, de decem prædicamentis generatim.



Essentiarum, quæ nulla complexione dicuntur, singula aut substantiam significat, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati. Est autem substantia quidem, vt in summa dicamus. velut homo equus: quantitas autem, vt bicubitum, tricubitum: qualitas, vt album, grammaticum: ad aliquid, vt duplum dimidium maius: ubi vero, in foro, in lyceio: quando autem, vt

K 3

heri

beri, superiore anno: situm vero esse, ut iacet, sedet: habere autem, ut calceatum esse, armatum esse: agere vero, ut secare, urere: pati, ut secari, vri.

Singula igitur eorum quae dicta sunt, ipsa quidem secundum se nulla cum affirmatione negatione ue dicuntur. horum autem ad se inuicem complexione, aut affirmatio, aut negatio fit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera, vel falsa esse: eorum autem quae secundum complexionem nullam dicuntur nihil neque verum neque falsum est: ut homo, albus, currit, vincit.



CVM iam inde a principio horum commentariorum aperuerimus sententiam Arif. in hoc opere (vult enim res vniuersas vt praedicata omnia ad conuincendam demonstrationem haberemus ad manum, secundum propria rationem eius quod de alio dicitur, ad certum quendam numerum definita methodo reuocare,) praetermissa disputatione de ente quod parum ad re faciat licet in hoc loco dicatur, quod sit entis significatum, & qua forma diuisionis soleat ab Arif. in decem genera secari: quomodo praeterea ens fiat substantia, quantitas atq; alia, quae cum conueniant in ente ita inter se discrepant vt a philosophis primo diuersa dicantur,) reddamus causas propter quas Arif. sepius hanc diuisionem inculcauerit, & diuerso modo sit solitus ea quae sunt, numerare. interdum. n. preponit qualitate his quae sunt ad aliquid, alias aut postponit. primum quidem sepe Arif. fecit quod res tunc temporis postulareret

laret, numerum eorum quae sunt, vt aliquid inueniamus, in hoc aut loco illud ex professo fecit vt figura quadam, & (quod aiunt crassa mimerua, sola explorum appositione vniuersa quae sunt tironibus declararet. (est enim inter omnia opera quae de philosophia Ari. composuit, primum hoc opus) apertius tamen atque copiosius. deinde per affectiones & propria quae habet huiusmodi res eas in praedicamentis manifestauit. licet illud faciat in prima philosophia abundantius, ex qua nos accipiemus quaedam cum res ipsa nos nimis coegerit, vt declarem ea quae in hoc lib. tractatur, alias vero in aliud tempus, atque locum, qui sit magis accommodatus reijciemus. Inuertit Ari. aliquando ordinem dispositionis aut tractationis, quia necessitas eorum quae aut subsequuntur, aut antecedunt, aut de quibus futura est disputatio id solet postulare. Est tamen dubium, quid efficiat philosophus illis postremis verbis huius capituli: *singula igitur eorum quae dicta sunt, etc.* Quidam namque affirmant Ari. voluisse probare illa omnia dici sine complexione, quae paulo ante in hoc capitulo numerauit. & argumentum fieri in secunda figura, hoc modo: quae dicuntur cum complexione significant verum vel falsum: haec non significant, exemplis ostendit ergo non dicuntur cum complexione. istorum tamen sententia mihi non poterit probari, primo quia huiusmodi argumentum nimis deficeret, quia non bene sequitur, non significant vere vel false, et non sine complexione dicuntur: definitio namque cum dicatur cum complexione, non tamen dicitur vere neque false: sunt. n. plures complexionis modi, quos praetermissa complexione solius vocis paulo ante declarauimus: ad haec etiam secundo, quia ob causam alteram partem quae necessaria erat in hoc loco haec inquam sola dici sine complexione quatenus ad categorias attinet Arist. non probauit. postremo non bene in hunc modum verba omnia coherere videtur: nam in argumentatione quam ex his verbis huiusmodi autores conuincunt, medium quidem est significare verum vel falsum, affirmatio vero & negatio est maius extremum

Quintum Caput

hæc de quibus est sermo in præsentiarum sunt minus extremum, cum quibus verba illa.

Singula igitur eorum quæ dicta sunt, ipsa quidē secundū se nulla cum affirmatione negatione dicuntur: horū autem ad se inuicem complexione aut affirmatio aut negatio fit: secundum hunc intellectum constitui nequeunt, quare iudicio meo non inepte cū alijs sentiemus qui dicunt Arif. his verbis quæ modo explicamus huius libri institutionem ab hisce quæ sunt de interpretatione discernere, & quo primo hæc omnia pertineāt, nobis significare. hæc quidē quia simplici cū affirmatiōe aut negatione nō dicuntur: ex hisce tñ sunt affirmatio & negatio q̄ in secūda figura in hunc modū probauit, quæ cū affirmatiōe aut negatione dicuntur significant vere vel false, hoc in libris de interpretatione probabit, hæc non significāt, colligit. Singula igitur eorū quæ dicta sunt, ipsa secundum se, nulla cū affirmatione, negatione dicuntur, horū autē ad se inuicē cōplexione aut affirmatio aut negatio fit. adde ad quas hæc omnia ordinantur.

Caput sextū, in quo est disputatio logica de substantia.



Dincipio huius disputationis erit a nobis diligenter inuestigandū, quæ nā fuerit cā, propter quā Arif. post cōia illa theoremata, hanc disputationē a substātia, poti⁹ q̄ ab alio quouis genere inchoauerit: cuius rei illud in causa fuisse reperiemus, quod cæterorum omniū illa sit fundamentum vt Arif. in hoc eodē cap. passim, & apertissime de vtraq; substantia testatur: de prima enim in hunc modum ait, *alia omnia aut de subiectis dicuntur primis substātijs, aut in subiectis eis sunt quare destructis primis substantiis fieri nō pōt, vt aliquid aliorum remaneat. de secūda vero affirmauit, sicut autē primæ substātiæ ad alia*

In prædicam. Aristotelis

77

alia omnia se habēt, ita gñā & species primarum substantiarū ad reliqua omnia se habēt, de his enim reliqua omnia prædicantur quedam. n. hominē dices grāmaticum esse, ergo & hominē & animal dices etiā grāmaticū esse, & hæc causa dialectico homini deberet sufficere, quādoquidē hæc sola est quæ in hac tractatione ad no⁹ attinet, Sūt tñ alię altiores causæ, sed quæ nō tā ad dialecticū, quā ad primū philosophū pertinet, quarū me minit Arif. in prima philosophia, est. n. prior ratione, cognitiōe & tēpore: ex quo loco aliā nos sumim⁹ causam, quæ huic institutō pōt accommodari: quod substantia ipsa non tñ sit prima, & perfectior, sed sit etiā ea sine qua cætera alia neq; perfectā essentiam, ordinem ve, aut distinctionem quam exigit ordo huius disputationis, habere possunt: sunt enim aliquid substantiæ vt Arif. in eodem loco probauit: quapropter necessaria fuit semper ipsis accidentibus, vt cognoscantur perfecte, & in ordinem redigantur, cognitio substantiæ. vnde habuit, & quod esset fundamentum aliorum, & quod inter alia teneret primum locum.

Secundo aliud etiam se nobis offert in hoc eodem loco de clarandum, cur inquam Ari. cum substantia non modo inter Platonicos, & Pythagoricos, sed etiam inter peripateticos, varias obtineat significationes, non fecerit illarum mentionē? immo neq; illius meminit, quæ est primum genus, & pertinet ad præsentem disputationem? Respondemus forte id fuisse factum, quia hoc est altioris negotij, quemadmodū apparet ex illarum ratione, significat nanq; substantia primo suppositū, & hoc aliquid: quomodo elementa & animalia substātijs vocamus. Alio modo quod quid erat esse vniuscuiusq; rei, & quidditatē, quemadmodū nos diximus cum definitiones vni uocorū, & æquiuocorum explicaremus: dicitur tertio substātia, quod præbet esse interne, quomodo animam dicemus esse animalis substātiā: quarto Platonici ideas, & ea postremo si-

Sextum caput.

ne quibus non poterat substantia constare, veluti termino^s linearum, & superficialium, & etiam unitatem substantias vocarunt, quæ prætermissa fuerunt ob Ari. in hoc loco, quia illorum explanatio multis indigebat, & magnâ inuoluit difficultatē: quam obrem nos etiã eam relinquentes, ostendamus quo significato substantia sit primum genus, in hoc prædicamēto, in quo illud reperiemus certo, substantiã vt gñs est huius prædicamenti, diuersam rationē habere à quãtitate, à qualitate, atq; ab alijs, res est magis aperta quam quæ indigeat probari, ac proinde cū alia sint in subiecto, substantia quã ratione est primum gñs nõ est in subiecto. sic veteres omnes rationē substantiæ in expositione illius loci, eorum quæ sunt, alia in subiecto nõ sunt fuerunt interpretati: non tñ illud omne erit substantia qua ratione est, primũ gñs: quod non est in subiecto, nam neq; rationale, neq; bipes sunt in subiecto, reijciuntur tñ a ratione substantiæ quatenus in hoc loco de ea est cõmentatio: iuxta quẽ modum erit sentiendũ de partibus ipsius substantiæ: qua propter vltèrius exigetur ad rationem substantiæ quæ est primũ gñs huius prædicamenti, vt sit plena substantia: hæc fuit sententia Porphy. & Ammonij, in hoc eodem loco, & potest deduci ex Arif. qui differentias, & partes, quæ in subiecto non sunt, excludit a ratione substantiæ. *Nec nos conturbent partes substantiæ: conuenit substantijs differentiisque omnibus vniuocè prædicari.* debet ergo esse completa substantia: quibus debet addi tertio, quod possit esse subiectum accidentium, qua de causa quæ non substant, negamus esse in hoc prædicamento: in quo id omne quod ponitur, aut est prima substantia, aut secunda, ob eamq; rem debet aut primo, aut secundo substantare, in quem modum multi ex philosophis exposuerunt finitionem substantiæ, quod non est in subiecto, sed ipsa est aliorum subiectum. erit igitur substantia quatenus est genus huius prædicamenti ens completum, quod nõ est

in

In prædicamentis Aristo.

78

in subiecto, sed est aliorum subiectum: ex quibus facile deprehendimus causam propter quã deus non ponitur in prædicamēto quia est ens infinitum & nequit esse alicuius accidentis subiectum.

Vnũuersum hoc caput diuidemus in quatuor partes: in prima assignat Aristo. definitiones vtriusq; substantiæ, in secunda iacto quodam fundamento, quod est disputationi, quæ de substantia est futura, admodum necessarium, probat particulares substantias esse principaliter, & maxime substantias. in tertia ostendit genera & species huius prædicamenti esse secundas substantias, easq; inter se comparat, quod etiam facit in primis substantijs, in quarta & postrema, vt possimus hoc prædicamētum ab alijs dignoscere, assignat proprias affectiones substantiæ.

De diuisione igitur, & finitionibus vtriusque substantiæ necessarium est disputare in hac prima parte huius cap. tum propter dubitationes, quæ ex hoc loco fuerunt exortę, tum etiam propter ipsos interpretes, qui multa in hoc loco non attingerunt, & alia falso fuerunt interpretati. qua in re principio a nobis est explicandum quam ob causam Aristote. in alijs operibus quæ maiori cura & diligentia composuit, non meminerit huius diuisionis substantiæ, cum disputationem, aut a diuisione substantiæ inchoauerit, aut eiusdem paucis in tertijs lineis meminērit, nã in secundo libro de anima substantiam in materiã, & formã, & ex his cõpositã secavit, quẽ modum diuisionis probat in prima philosophia, in qua alio etiam modo diuisit substantiã, insensibilẽ, mathematicã & intellectuã: adde etiã secũdo Architam (vt Symplicius est autor) reprobasse diuisionẽ substantiæ, quam Ari. innuit in præfenti capite. huic dubio facile est satisfacere: nam hæc diuisio cū sit secundum rationẽ subiecti, & prædicati quẽ admodũ de

clarabim⁹, magis ad logicũ attinet, a quo illa cõsiderãtur, aliã

vero

Sextum caput

vero vel fuerūt defumptę ex sentētia & placitis Platonis, aut aliorū philosophorū, qualis est illa, in qua fit mentio substantiarum mathematicarum, vel sunt potius secundum naturam substantiæ, quæ modo non consideratur absq; ratione subiecti & prædicati.

Præterea cum sint plures diuisionum formæ, quemadmodum inter alios Boetius est autor in libello quodam, quem ipse composuit de diuisionibus, est dubitatio, qualis sit hæc diuisio substantiæ qua modo in primam & secundam secatur de qua re non ad eundem modum omnes philosophantur, quidam enim solum enumerationem faciunt eorum quæ in hoc prædicamento collocatur: veluti si eorum qui sedent hunc diceres primum, illum vero secundum. alij vero asserunt esse diuisionem analogi in ea quę analogice significantur: est namq; tota hæc diuisio secundum rationem substādi, quę analogice conuenit primę & secundę substātię, imo vniuersa commentatio de substantia quę est in hoc capite, est secundum rationem substādi, quemadmodū declarat ipse Aristot. dum reddit rationē primę, & secundę substātię. alij autē affirmarūt diuisam fuisse substātiā in primā, & secundā tanq; genus in suas species, autor est simplicius in hoc capite, mihi tñ saluo meliori iudicio semper fuit visum diuisam fuisse in hoc loco substātiā ea diuisione, qua subiectū solet diuidi in accidētia, quod primo apparet ex eis quę Arif. docuit cū ea quę sūt diuideret in minima, quo loco cum sentiant omnes nomine eius quod non est in subiecto, neq; dicitur de subiecto intellexisse Aristot. substantiam particularem, eius vero quod non est in subiecto, & dicitur de subiecto, (quod tantundem valet quātum hæc verba sunt genera & species substātię) substātiā vniuersalem potest proculdubio hæc diuisio his verbis fieri (sic. n. Porp. in eo loco declarauit) substātia alia vniuersalis alia particularis, quę erit subiecti in accidētia, cū substantię,
acci

In Prædicamen. Aristot.

79

accidat quod sit vniuersalis, aut particularis, quæ est eadem cum hac substantia, alia est prima, alia est secunda: quemadmodum finitiones vtriusq; substantiæ nobis declarant, & nos ostendemus eas explicantes. Potest secundo hæc nostra sententia ex eodem Aristotele firmari qui membra huius diuisionis ea solum ratione separauit, quod prima de subiecto non dicatur, secunda vero sint genera & species, in quibus sint primę substantiæ, ac proinde sit secunda, quæ de subiecto dicatur, vtrunque vero de subiecto dici, & non dici substantiæ, quæ diuiditur, accidit. diuiditur ergo subiectum in ea quę ipsi accidunt, semper enim mihi placet quod sit hæc pars illius diuisionis eorum quæ sunt, alia in subiecto nō sunt & de subiecto dicuntur, alia neque in subiecto sunt, neque de subiecto dicuntur, quibus reijcimus sententiam eorum qui affirmarunt hanc diuisionem esse analogi, in ea quę analogice significantur, substantiam enim Ari. diuidit, & non substare quod est affectio substantiæ, quæ non ex æquo conuenit omni substantiæ, (nisi enim substare esset affectio falsō Aristot. affirmasset conuenire omni substantiæ nō suscipere magis, aut minus) imo si diuisio deberet hoc modo explicari quod substare aliud primo & principaliter substare, aliud vero secundo & ratione alterius, definitio secundę substantiæ cum eo quod diuiditur pugnaret, nam si sunt genera & species in quibus sunt subiecti, primę substantiæ non subiiciuntur, sed prædicantur, non ergo diuidetur commode quod substare in subiectum & prædicatum, quin imo tum ego dicerem non fuisse diuisam substantiam, sed accidens quoddam ipsius substātiæ, multo minus aliorum philosophorum placitum sit probabile qui prædicant hanc diuisionem esse generis in suas species vt fuso admodum & bene in hoc eodē loco Ammonius probauit, vna enim species alteram contineret (sunt enim primę substantiæ in secundis vt idem Aristote. qui hæc diuisit, est
autor)

Sextum Caput.

autor) quod a natura eius diuisionis, quæ est generis in species abhorret maxime: aliquid præterea inueniretur genus, quod esset supra primum genus substantiæ, quandoquidè primū genus huius prædicamenti est secunda substantia quod est sub eo genere quod in primā & secundā veluti genus in suas species ex sententia istorū secatur. neq; erit diuisio totius in partes, esset. n. totū nō substantia, sed hoc categoria substantiæ, cuius seriei primæ & secundæ substantiæ sunt partes: in hoc etiā genere diuisionis nō reperiemus quod partiū in quas totū secatur vna ab altera prorsus cōtineatur, si. n. hominem in suas partes diuideris, licet oculus a capite contineatur, caput tñ alteri quidè adheret. veruntamē nō continetur ab alia parte. in præsentiarum verò uti diximus paulo ante, a secunda substantia continetur prima. aqua necessariū est etiam eo modo, quo in subiecto est prædicatum, secūda contineatur, cum sit præterea diuisio totius in partes dissimiles, non posset quod diuideretur prædicari de partibus, nā falso hominē prædicabis de capite, at philosophi consensione quadā prædicant, substantiā de prima & secundā substantia, neq; est vocis dūtaxat in significata quæ habet, nam ratio quedā rei quā Arist. in ante prædicamenti declarauit, in subiecto inquā non esse vniuocæ est cōmunis vtriq; substantiæ, quod cū ratione diuisionis, quæ est tm̄ vocis in significata videtur pugnare, in qua solū est nomē cōmune. in hac vero substantia ipsa est cōmunis primæ & secundæ substantiæ quæadmodum homo est cōmunis homini nigro & albo, neq; bene Ammo. inductione collegit quando probauit hanc esse enumerationē eorū quæ sunt in prædicamento substantiæ, prætermisit nanq; eā diuisionē qua subiectū secamus in accidentia, quæ in hoc loco sunt vniuersale & particulare, quæ etiā cum illis cōsonat quæ diximus paulo ante: hanc in quā diuisionē inter ceteras alias ad logicū spectare cuius est considerare vniuersalia atq; particularia quatenus subijciuntur

In Prædicamentis Aristotelis.

tur & prædicantur. quādo vero Ari. facit verba de eo quæ est magis aut minus substantare, nō erat sermo de diuisione substantiæ sed de quadā proprietate. quod si volueris adhuc cōcedere esse diuisionē analogi in analogata, primo ut dixi. substantiā nō diuidis, sed affectionē quandam, aut accidēs ipsius substantiæ. secūdo magna cū difficultate efficies ut verba huius diuisionis quadrēt cū tertio capite, cū videamus aperte vtranq; definitionē ex illo fuisse mutuam. sed his omisis, vltimus ad verba Ari. gradum faciamus.

DE SUBSTANTIA.

Substantia autem, quæ quidem proprie, in primisq; & maxime sic dicitur, est quæ neque de subiecto aliquo dicitur, nec in subiecto est: ut quidam homo. & quidam equus.

Primam substantiam ante secundā Ari. declarat, quod sit præcipua in hac tractatione, uti nomina quib⁹ Ari. eā appellat, & ea quæ docet in vniuerso hoc capite, demonstrant. Illud quæ proprie, in primis maximeq; sic dicitur, nō est definitio, sed sunt potius epitheta, quæ explicant dignitatē primæ substantiæ, uti participiū quo vsus fuit in hoc loco Arist. nobis ostēdit: ita enim habet: *ἡ δὲ πρώτη ἢ κύριότερα τὰ καὶ πρωτότα, ἢ μάλιστα λεγόμενα ἢ μὲν καὶ ὑποκειμένων τινῶν λεγεται, μὲν τὸ ἐν ὑποκειμένῳ τινὲσιν.* quod si redideris est aut substantia proprie in primis & maxime dicta. quæ neq; in subiecto est, neq; dicitur de subiecto plane intelliges definitionē inchoare ab illa dictione quæ & alia definitū ipsum extollere & cōmendare. dicta est enim ab Arist. prima substantia proprie substantia, ut pote quæ si cū accidētibus cōferatur proprie alijs subest. accidētia

Sextum Caput

ria vero non. In primis quod comparata cum secundis primo substet, alia vero secundo, quia ratione primarum substantiarum, nam si nullus quorundam hominum subsisteret, neq; homo substabit. Maxime autem quod omnibus subijciatur, nam omnia alia aut dicuntur de primis substantijs, aut in subiectis eis sunt. Veruntamen licet hæc sint acute animaduersa & autorem habeant seuerinum Boetium, Aristot. tamen habent contrarium qui vnam duntaxat reddit rationem propter quam & maximæ substatiæ, & propriissime aut principaliter (vtroq; enim modo illud verti potest) substantiæ primæ fuerint appellatæ quod alijs omnibus subijciatur. cum enim speciem esse magis substantiam quam genus ostendit, in hunc modum ait. *Primæ substantiæ ideo quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de ipsis vel prædicantur, vel in ipsis sunt, ea gratia primæ substantiæ maxime dicuntur.* Vbi reddit rationem ob quam dictæ fuerint maximæ substantiæ. cum vero ostenderet rationem secundæ substantiæ in hunc modum scripsit.

Primæ substantiæ eo quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de illis vel prædicantur, vel in ipsis sunt propriissime dicuntur substantiæ. Vbi eandem causam reddit, quam antea reddiderat cum explicaret quare dicerentur maxime substantiæ. Primæ vero ad differentiam secundarum substantiarum sunt appellatæ vti vel ipsa nomina videntur indicare. Secundo illa omnia proprie, in primis. & maxime pertinere, vt diximus, ad definitum & non efficere definitionem, neq; in ipsa poni ostendit illud verbum *πρωτων* aut *πρωται*, quod quidem non est magis in definitione primæ substantiæ quam illud *δευτερας* in definitione secundæ. quam obrem sit manifestum illud duntaxat quæ neq; est in subiecto, neq; dicitur de subiecto esse definitionem primæ substantiæ. sunt tamen circa definitionem primæ substantiæ tria dubia, primum quid sit illud quod ea definitione explicatur, nam prima substantia cum sit vna numero

In prædicam. Aristotelis.

81

mero, atq; indiuidua vt Arist. est autor, in tertia & sexta proprietate substantiæ, definitionem non habet vt idem Aristot. in septimo libro primæ philosophiæ contra Platonem testatur, nomina enim quæ in definitione ponuntur debent esse communia, ac proinde quod definitur debet habere aliquid commune cum alijs, aliud vero proprium, quam obrem vt Aristot. in secundo libro de posteriori resolutione sentit, particulariæ & negatiuorū nō sunt definitiones. alterū est, esto iā habeat definitionem prima substantia, hæc tamen vitio non caret vtpote quæ sit tradita per negationem, neq; declaret quid sit prima substantia, sed quid non sit. tertium vero qualis nam huiusmodi definitio debeat censerī. in hac re certū est quod definitur esse commune. nam Socrates hac definitione non explicatur qua ratione est diuisus à Platone, sed potius quatenus cum eo in esse indiuidui conuenit, est enim communis vtriq; definitio indiuidui, sicuti in capite de specie a nobis fuit declaratum, & Boetius & diuus Thomas in ea definitione personæ quæ est substantia indiuidua rationalis naturæ, sentiunt quod definitur esse commune. secundo iudicio meo illud etiam consensu omnium qui habent aliquam fidem in exponendo Aristotelem deberet esse manifestissimū hoc vnū substantia particularis hac definitione quæ neq; in subiecto est, neq; de subiecto dicitur explicari, nā in diuisione eorum quæ sunt ex sententiā Porphyrij, Ammonij, Symplicij, & latinorum interpretū Arist. ea descriptione alia in subiecto non sunt, neq; de subiecto dicuntur describit substantiam particularem vti latius in eo loco à nobis fuit declaratum. cum ergo eadem prorsus verba in hac definitione vti videmus ponantur, consequitur sane vt dicamus definitum esse idē. Quapropter non erunt audiēdi in hac parte qui aliter philosophantur, siue secundam notionē, siue quid aliud aliter dixerint in hoc loco explicari, pugnant quidē aperte cum Arist. atq; alijs

L phi-

philosophis in secundo capite huius tractatus hisce quæ hæc-
 nus diximus. Præterea addimus hæc definitionē primæ substā-
 tiæ nō esse exactā vt potequæ sit & substātiæ simul & accidētis
 ipsius substātiæ cōstetq; duab⁹ definitionibus, quarū altera est
 accidentis non dici inquam de subiecto, altera vero non esse
 in subiecto est definitio substantiæ, neq; de hac re fuit solici-
 tus Arist. modo rem ipsam vel crassa minerua nobis exponere-
 ret, verum est in septimo libro primæ philosophiæ rogatum,
 esset ne definitio hominis albi respondisse, aut non esse pror-
 sus, aut esse alio modo quam per diuisionem, (eas definitio-
 nes vocat Arist. in eo loco per diuisionem quæ constant dun-
 taxat ex propria potentia & proprio actu, quod eas per diui-
 sionem in categorijs faciamus, de quibus in illo loco disputa-
 uit) iuxta quæ modum si quis vrget acrius respōderemus roga-
 ti hanc definitionem non esse per diuisionem sed alio modo
 veluti si diceremus animal rationale disgregatiuū visus, esset
 definitio hominis albi, alias qui ad viuum reserantes quærūt
 hoc loco definitionē vnus, ostendant nobis quo alio modo
 ex duabus definitionibus vna conficiatur, ex quibus satisfac-
 cimus dubio tertio in quo rogabamus qualis nā deberet cefe-
 ri definitio primæ substātiæ. secundū dubiū est facile, cui re-
 spōdemus ex eodē Arist. in sexto libro de locis argumentorū
 in tertio capite, in quibusdā necessariū esse fortasse, vt is qui de-
 finit negatione vtatur, quemadmodum & Boetius in libello
 de diffinitionibus cōfiteretur, dum octauā speciē eius quod defi-
 nitur *καταφιστοι τοιραντιδ* idest per priuatiā contrarij expli-
 caret maxime quādo positiua aut fuerint manifesta, aut pau-
 lo antea explicata sicuti cōtraria horū particularis substātia
 ab Arist. in secundo & tertio capite fuerāt declarata. Cicero
 etiam in partitionibus dicit sepe ex cōtrarijs esse definiendū,
 veluti si vigilare sit vti sensibus; dormire erit non vti. ad eūdē
 modum ex contrarijs, & accidentibus & vniuersalis definita
 est

est ab Arist. in hoc loco prima substātia. nā si quod est in sub-
 iecto est accidens, quod non est in subiecto erit substātia: & si
 quod dicitur de subiecto est vniuersale, qd nō dicitur de sub-
 iecto per locū à cōtrarijs erit particulare: quod ergo neq; est
 in subiecto, neq; dicitur de subiecto erit substantia particula-
 ris: quæ (præter illa quæ diximus) quo in tertio loco rogaba-
 mus ostēdunt, qualis sit inquā, hæc definitio primæ substātiæ,
 neq; .n. est ex actu, & potētia, sed datur p cōtraria, quāobré p-
 tinebit ad octauā speciē definitionis, quā declarat Boetius in
 suo libello de diffinitione. vltterius in hac eadē re est etiā cōsi-
 derandū Arist. nō quid nō sit prima substātia, sed etiā quid sit
 declarasse, nā quādo cōtraria sunt clara, certoq; & exiguo nu-
 mero cōprehensa bene ex his per cōtrariorū priuantiā alia ex-
 plicantur, vti simplicius in hoc eodē loco est autor: cōtraria
 aut satis ab Arist. sunt explicata in secundo, & tertio capite hu-
 ius tractatus. Sunt qui sub hisce negationibus affirmationes
 etiā latere intelligant, ita vt sit sensus: nō est in subiecto, sed ip-
 sa est aliorū subiectū. nō dicitur de subiecto, sed alia dicuntur
 de ipsa, quod ex eplorum appositione, atq; alijs dicunt Arist.
 significasse, cū inquit: alia omnia aut in subiectis primis substā-
 tijs esse, aut de hisce dici & in sexta pprietate vna numero cū
 sit susceptiuā esse cōtrariorū. hæc est sentētia Simplicij, quin
 imō & diui Augustini, cum asserit, deum abusiue dici substan-
 tiā, & fratris Domi. Soto. in hoc eodem loco, ex quo ostēde-
 mus vltterius & partes substantiæ, & Deum non cōprehendi
 hac definitione, quia neq; sunt aliorum subiectum (sunt enim
 accidentia in toto) neq; alia dicuntur de ipsis vt de subiecto,
 quas etiam possemus excludere per illud relatiuum quæ,
 nam sit ibi recordatio entis quod fuit diuisum in substan-
 tiā & accidens, & in vniuersale & particulare: neque est mirā-
 randum quod relatiuum sit foemeninum, nam & apud lati-
 nos animal quod est homo, & qui est homo dicimus.

Sextum caput

Secunda verò substantia, species hæ, in quibus quas in primis substantias appellabamus insunt, dicuntur: & hæ quidem, & harum specierum genera, ut quidam homo, in specie quidem homine est: genus vero speciei animal est. Secunda igitur substantiæ hæ dicuntur, ut est homo atq; animal.

NON quæcunq; sed quæ continent primas substantias. qua vna re excludimus genera, & species, quæ in alijs nouem categorijs collocantur, quæ nõ sunt substantiæ: propterea quòd in ipsis non sunt primæ substantiæ quæ sunt partes subiectiuæ secundæ substantiæ: sunt etiã & in primis eadem secundæ substantiæ, sicut totum in subiectiuus partibus quibus indigent, non vt sint sed vt dicantur, quemadmodum paulo inferius Aristotel. declarabit. Solet tamen ab antiquis quæri, propter quam causam Aristotel. species & genera huius prædicamenti non vocauerit primas substantias, cum sint & ipsæ substantiæ, & indiuiduis priora, vtpote quod non conuertitur: est homo, ergo Socrates. cui dubio ex Arist. in hoc loco nos facile respondemus, quia substantiæ primæ omnibus substant, nam & secundæ indigent primis, vt dicantur. vnde Arist. dicebat: destructis primis substantijs, fieri non potest vt aliquid aliorum remaneat & quod si de nullo quorundam hominum animal dicitur neque dicetur de homine: nam quod existant, & sint actu secundæ substantiæ a primâ substantia habet, qua ratione sunt posteriora: nam ex negatione prioris, vt ostendemus Aristote. in eo loco argumentatur: si de nullo quorundam hominum dicitur, neq; de homine dicitur. Debent præterea singulares
omnes

In prædicamen. Aristo.

83

omnes substantiæ in consequenti poni, quemadmodum illud exponunt: destructis primis substantijs, impossibile est vt aliquid aliorum remaneat.

Manifestum autem ex ijs qua diximus est, quod eorum qua de subiecto dicuntur, necesse est nomen & rationem de subiecto prædicari: ut homo de subiecto quodam homine dicitur. Prædicatur etiam & nomen: hominẽ enim de quodam homine prædicabis, & ratio quoq; hominis de quodam homine prædicabitur: quidam enim homo, & homo, & animal rationale mortale est. quare & nomen & ratio de subiecto prædicabitur. Eorum verò quæ in subiecto sunt, in plurimis quidem neq; nomen, neq; ratio prædicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet de subiecto prædicari interdum, ratione vero est impossibile: vt album, cum in subiecto sit corpore prædicatur de subiecto: dicitur enim corpus album, ratio verò albi, de corpore nunquam prædicabitur.

L 3 Hac



Hic est secunda pars huius capituli in qua primo est considerandum quid Aristoteles doceat, & quam habeant ea, quae modo profertur cum superioribus connexionem, (variè enim hoc ab aut oribus explicatur & meo iudicio minus bene) Secundo, ex quo loco quod dicitur modo, sit manifestum. Tertio agrediemur expositionem verborum. Vult igitur in hac secunda parte Aristoteles nobis probare, particulares substantias esse primas substantias, Genera, verò & species, in quibus illa continentur, esse secundas substantias. antea enim vtraque substantiam definierat, primam præterea varijs epithetis illustrauerat, nondum tamen ostenderat, cur esset prima substantia propriissime & maxime substantia, neque; cur genera & species diceretur, & essent secundae substantiae. Ad eam rem reuocat in memoriam quomodo genera & species huius prædicamenti, quomodo etiam alia de primis substantijs possint prædicari (ex prædicatione enim horum debet ostendere genera & species huius prædicamenti, & non quascunq; alias species, & genera esse secundas substantias) & hæc est connectio quam verba illa, *Manifestum autem est*, habent cum superioribus, & hoc est in hac parte institutum Aristotelis, dicit autem esse manifestum ex eis quae dixit in diuisione eorum, quae sunt in secundo & tertio capitulo, quo loco definitionem tradidit eius quod est dici de subiecto, & eius præterea, quod est esse in subiecto. ad hæc etiã ex definitione vniuocorum eadẽ res conuincit, nam de subiecto dici vti exposuimus in eo loco est de subiecto prædicari vniuocè: vniuocè autẽ prædicari, proprie est prædicari nomine, & ratione vti probat ipsa definitio vniuocorum, quae fuit antea tradita ab Aristotele, ex quibus etiã intelliges, illa theorematum, de quibus paulo ante diximus, necessariã quidẽ esse, vt intelligantur ea, quae Aristoteles in hoc capite docet. lam ergo exponamus verba atq; vim argumentationis, qua

qua vtitur Aristoteles in hoc loco. Hoc est argumentum Aristotelis, ea, quibus alia omnia indigent, sunt maxime substantiae, sed particulares substantiae sunt quibus alia omnia indigent ergo sunt proprie in primis & maxime substantiis. Aristoteles breuitatis causa duntaxat ponit probationes minoris propositionis.

Alia vero omnia, aut de subiectis dicuntur primis substantiis, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum singula de promenti fuerit: vt animal de homine prædicatur: ergo est de quodam homine prædicabitur: nam si de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine. Rursum color in corpore est: ergo est in quodam corpore. Nam si non in aliquo corporum singulorum est, nec omnino in corpore: quare alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantiis, aut in subiectis eis sunt. Non existentibus igitur primis substantiis, aliquid aliorum esse est impossibile. Omnia enim alia aut prædicantur de eis, aut in subiectis eis sunt: quare non existentibus primis substantiis impossibile est aliorum aliquid esse.

Probatio prima, quia alia omnia primis substantijs videntur indigere. hæc probatione minoris ostendit inductione quã habes apertam in Aristotele. Colligit deinde aliud, quod consequitur probationem: *destructis primis substantiis fieri non posse vt aliquid aliorum remaneat*: quia destruitur fundamentum

Sextum caput.

quo alia omnia indigent. Est tamen dubium in hac argumentatione Aristo. nam videtur speciem medio individuo subijcere generi, alias enim non erit ex negatione prioris, si prius non subijciatur individuum, quod non caret in commodo. Respondemus huic dubio, Aristotelem duobus modis huiusmodi in commoda declinasse: primo, quia non sumitur vis huius argumentationis ex negatione prioris, sed ex illa regula, aut definitione vniuersalis, quando alterum de altero predicatur ut de subiecto, ex cuius negatione, & non ex negatione prioris sequitur de homine, ergo, & de quodam homine. per regulam ita etiam sequitur de nullo quorundam hominum, ergo, neque de homine, vel si ex negatione prioris fuerit argumentatus, negauit quidem prius quo ad existentiam, & non quo ad essentiam nam sicut prius existit aliquis singulorum hominum quam homo, ad eundem modum prius etiam subijciatur secundum quod existunt homo & quidam homo.



Secundarum vero substantiarum, magis substantia est species quam genus: propinquior enim est primæ substantiæ. Si quis enim prima substantia quid sit ædat, euidentiùs conuenientiusq; reddiderit, si speciem quam genus reddat ut hominem quendam manifestius assignabis, hominem potius quam animal assignans: illud enim proprium magis cuiusdam hominis, hoc autem commune. Et cum quendam arborem assignauerit, ma-

ni-

In Prædicamen. Aristo:

85

manifestius assignabit, arborem assignando quam plantam. Præterea primæ substantiæ ideo quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de ipsis vel prædicantur, vel in ipsis sunt, ea gratia primæ substantiæ maxime dicantur. Ut autem primæ substantiæ ad omnia se habent, cætera, ita se species ad genus habet: subijcitur enim species generi: genera enim de speciebus prædicantur: species autem cum generibus non conuertantur. Quare & ex his species genere substantiæ magis est. Ipsarum vero specierum quæcumq; genera non sunt, altera magis altera substantiæ nulla est. Nihil enim accommodatius assignabis de quodam homine hominem assignando, quam de quodam equo equum. Similiter autem & in primis substantiis, nulla altera magis altera substantiæ est: nihil enim magis quidam homo substantiæ est, quam bos quidam.

Merito igitur post primas substantias, sola aliorum omnium species generaq; secunda substantiæ dicuntur. Sola enim hæc, eorum quæ prædicantur primam substantiam indicant: quendam enim hominem si quis edisserat quid sit, speciem quam genus accommodatius demonstrabit: & manifestius

L 5 quid

quid sit faciens, hominē q̄ animal attribuendo. Alio-
rum vero omnium quicquid attribuat quis, tribuet
extranee: velut albus, aut currit, aut aliud quodcūq;
huiusmodi de promendo. Quare merito hæc sola alio-
rum secunde substantiæ dicuntur. Ad hæc prima sub-
stantiæ eo quod alijs omnibus subiiciuntur. Et omnia
alia de illis vel prædicantur, vel in ipsis sunt, propriis-
sime dicuntur substantiæ. Sicut autem prima substan-
tiæ ad omnia se habent cætera, ita genera Et species
primarum substantiarum ad reliqua omnia se habet
de his enim reliqua omnia prædicantur: quædam
enim hominem dices grammaticum esse: ergo Et ho-
minem. Et animal grammaticum dices esse: similiter
autem Et in alijs.

HÆC sit tertia pars in qua primo comparat inter
se ipsas secundas substantias. Secundo probat quod
sola genera & species huius prædicamenti sint secun-
dæ substantiæ, atque huius fortè occasione tertio ipsas primas
substantias inter se confert. Primo ergo duobus argumentis
ostendit, quod inter secundas substantias species sit magis sub-
stantia quàm genus, quia familiarius indicat primam substantiam,
& quia ipsis generibus species substant: genera vero non sub-
stant speciebus: quapropter species quæcūq; huius prædica-
menti est magis substantia quàm genus, vt homo quàm ani-
mal, & q̄ viuens animal ponit aut minores propositiones, aut
earum probationes, sic enim facies plenas argumentationes:
quod

quæ propinquius est primæ & maximæ substantiæ, est magis sub-
stantia: species sunt propinquiores, probat, quia proprius &
familiarius indicant primam, quod ostendit inductione: ad-
eundem modum quæ pluribus substantiis sunt magis substantiæ,
species substantiis pluribus, probat quia substantiis etiam ipsis ge-
neribus, ergo sunt magis substantiæ, inter ipsas vero species,
quia nihil horum inuenitur, vna nõ est magis substantia quàm
alia: Sunt autem secundo genera & species huius prædicamē-
ti secundæ substantiæ, quia sola hæc eorū, quæ prædicantur in-
dicant primam substantiam, probat Arist. consensu & indu-
ctione. Potest etiam & huic instituto, a commodari illud fun-
damentum quod Arist. posuit in secunda parte huius capituli,
si enim prædicatur nomine & ratione, ratio & definitio præ-
dicati debet subiecto quadrare essentialiter: ac proinde si est
subiectum substantia, & prædicatum erit quoq; substantia,
quia habent eandem rationem, alia vero nõ erunt, quia nun-
quam prædicantur ratione, licet aliquando prædicentur no-
mine, vt in homine & albo apparet. Sunt præterea in subie-
cto ex eodẽ fundamento, ex quo velut notum intermisit Ari-
st. eas non esse substantias, quia hæc non sunt in subiecto. Secun-
do alia ratione probauit Arist. hoc idẽ, quod sicut primæ sub-
stantiæ se habent ad omnia, sic genera & species huius præ-
dicamenti ad cætera omnia prædicamenta se habeant: nam si
quidam homo albus, & homo, & animal album, ad eundẽ mo-
dum debes conficere huiusmodi argumentationes, quo fuerunt
confectæ a nobis illæ superiores, posses tamen Aristoteli ob-
ijcere quod inuersum ordinem tenuerit in hæc parte, prius
enim oportebat probaret genera & species esse substantias
quàm ostenderet species esse magis substantiam quàm ge-
nus: sed quia pauca fuerunt interposita non est magnam in-
commodum.

Commune autem omni substantia est, in subiecto non esse. Prima namque substantia nec in subiecto est nec de subiecto aliquò dicitur. Secundarum verò substantiarum constat quidem etiam sic, in subiecto nullam esse. Et homo enim de subiecto quidem homine quodam dicitur, in subiecto vero nullo est: nec enim in quodam homine homo est. Similiter autem et animal de subiecto quidem dicitur quodam homine, non etiam est animal in quodam homine. Præterea eorum quæ in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto predicari interdum nihil prohibet: rationem verò est impossibile. Secundarum verò substantiarum de subiecto et ratio et nomē predicatur: rationem enim hominis de quodam homine predicabis, et animalis similiter: quare non erit eorum substantia, quæ sunt in subiecto. Non est autem proprium substantiæ: hoc quippe et differentia eorum est, quæ in subiecto non sunt: bipes enim et gressibile de subiecto quidem homine quodam dicitur, in subiecto vero est nullo. Nec enim in homine bipes est, neque gressibile. Ratio quoque differentiæ de illo predicatur, de quocunque ipsa

ipsa differentia dicitur. Velut si gressibile de homine predicatur, et ratio gressibilis de homine predicatur: est enim homo gressibilis. Neque nos verò substantiarum partes conturbent, quasi quæ in toto sunt etiam in substantia sicut: quæ ita in toto quasi in subiecto sicut, nec forte eas non esse substantias fatentur cogamur. Non enim sic in subiecto quippiam esse quemadmodum partem esse dicitur.



HÆC est postrema pars huius capite, in qua Aristot. quia naturam primi generis non potuit explicare definitione, recenset propria, quibus possumus ipsam veluti per certissima iudicia dignoscere aliquando tamen huiusmodi propria vocantur communia quod non sint propria quæto modo. Primo ergo substantiæ convenit non esse in subiecto. de prima substantia illud ostendit ex ipsius definitione, quam paulo ante exposuimus: nam neque est in subiecto neque dicitur de subiecto. sensu præterea sic rem habere manifestissime deprehendemus, in quo enim esset Socrates uti in subiecto? de secundis substantiis quia res hæc alicui poterat esse magis dubia, probavit pluribus: Primo ex definitione eorum quæ sunt, nam secundæ substantiæ de subiecto dicuntur, sed in subiecto non sunt: non enim est animal uti in subiecto in quodam homine. Secundo, quæ sunt in subiecto non predicantur nomine & ratione, ex fundamento quod in principio secundæ partis iocit Aristote. genera autem & species predicantur nomine & ratione: nam rationem hominis de quodam homine predicabis, & animalis quoque: quare non erit substantia

Sextum caput.

tia eorum que sunt in subiecto. Possimus nos tertio, hoc idem ostendere ex huius argumenti declaratione: nam que sunt in subiecto ad substantiam eius in quo sunt non conferunt, quia sunt in aliquo & non ut partes, ut Arist. in definitione eius. quod est in subiecto nos docuit, genera autem & species ad substantiam eorum in quibus sunt conferunt, nam aut conficiunt, aut prestant essentiam, nam homo prestat Socrati, animal vero conficit cum rationali essentiam hominis. Aliæ sunt architectæ probationes, quarum simplicius meminit in hoc loco, nos tamen contenti esse debemus in hac parte probationibus. Arist. hoc autem non solum substantiæ sed differentiis etiam continet, probat Arist. quia predicatur nomine & ratione, quæ fuit probatio superioris conclusionis: partes verò substantiæ non sunt ipsa sicuti in subiecto, ut ratio eius quod est esse in subiecto nobis ostendit, debet enim esse in aliquo, sed non ut pars, quemadmodum in secundo capite sumus interpretati. Vexat quosdam hic locus in quo Arist. negat differentias esse substantias, sine causa tamen intelliges vocari, si memoria tenes, quæ diximus in explicatione substantiæ: non enim sunt entia integra, quæ solum in presentiarum vocantur substantiæ quemadmodum neque ipsæ partes substantiæ.

Nest autem substantiis differentiisque oēs vniuoce ut predicentur. Omnia. n. que ab his predicata sumuntur, aut de indiuiduis aut de speciebus predicantur. A prima, namque substantiæ predicatio nulla est: de nullo enim subiecto dicitur. Secundarum verò substantiarum spes quidem de indiuiduo predicatur: genus autem & de specie predicatur, & de

& de indiuiduo. Similiter autem & differentiarum, & de speciebus & de indiuiduis predicantur. Iam vero & ratione prima substantiæ specierum generumque suscipiunt, & species generis: quæcumque n. de predicato dicuntur, eadem & de subiecto dicuntur. Similiter autem ratione differentiarum suscipiunt species & indiuidua: Vniuoce autem sunt quorum & nomen commune est & ratio eadem: quare omnia que a substantiis differentiisque sunt, vniuoce predicantur.



Hoc est quod secundo conuenit substantiæ vniuoce inquam predicari. probat Arist. meo iudicio hac vniuoce ratione, quæ est satis inuersa atque inuoluta: ea predicatur vniuoce quorum nomen, & ratione ea suscipiunt de quibus dicuntur. huiusmodi antecedit Arist., non posuit, contentus illius probatione quam sumit ex diffinitione vniuoce quæ habet in hunc modum, vniuoce autem &c. Omnia autem predicata que a substantia sumuntur sunt huiusmodi. hoc quod sumit ostendit inductione, nam species quidem de indiuiduo predicatur: genus autem de specie atque indiuiduo, similiter autem & differentia de speciebus, atque indiuiduis: nec sunt plura predicata substantiæ quia a prima substantia nulla est predicatio cum de nullo subiecto dicatur. horum autem predictorum nomina atque rationes suscipiunt ea que ipsis subiunguntur, nam primæ substantiæ specierum & generum suscipiunt rationem, & alia etiam eodem modo. que omnia aper tissimè sunt dispositæ ab Arist. debes tamen diligenter animaduertere in hoc eodem loco, primo, quæ sint necessaria que hactenus sumus

mus interpretati ad intelligentiam prædicamentorum. secundo ex sententia Arist. hominem esse album, non esse uniuersalem, sed denominatiuam prædicationem.



*M*nis autem substantia hoc aliquid significare videtur. In primis igitur substantijs indubitabile id verum est, hoc aliquid ipsa significare. Individuum enim uniuersum numero est quod significatur. In secundis vero substantijs, similiter quidem propter appellationis figuram hoc aliquid significare videtur, cum quis aut hominem aut animal dixerit: non tamen est verum, sed quale quid potius significat: non est enim unum ipsum subiectum, ut ipsa substantia prima: sed de pluribus ipse homo & animal dicitur, verum non quale quid absolute significat, perinde ac album: nihil enim aliud album quam quale significat. At species & genus circa substantiam quale ipsum definiunt: qualem enim quandam substantiam sane significant. Genere tamen amplior definitio quam specie fieri solet. qui namque animal dicit, is plura complectitur quam is qui hominem dicit.

Hic



*I*ste locus erit nobis diligenter explicandus, in quo primo inuestigabimus, quid velit Aristoteli. constituit de ipsa substantia, aut declarare ex significatione. Secundo, quomodo & quam ob rem ad eam explicandam significata earum uocum, quibus primas & secundas substantias significamus afferat. Tertio uero interpretabimur quarundam uocum significationem, quarum meminit Aristoteli in hoc loco: quia non tantum iuniores sed ueteres etiam philosophi, de ea re diuersimodi fuerunt philosophati. quidam sunt arbitrati Aristoteli qui de rebus & uocibus significantibus disputationem instituit in hoc tractatu, presenti loco nobis declarare significata uocum, quæ cum in prædicamentis ponantur obscurum tamen retinent significatum: certum est enim, quid significet quantum, quid pater, quid filius, quid esse in hoc loco, aut habere uentrem. dubium est tamen de homine, de animali, & de alijs quibus qualitates in concreto significamus: ob eamque rem dicunt, id modo ab Aristoteli declarari: nam nomina primarum substantiarum significant hoc aliquid, secundarum uero substantiarum quale quid, hoc est qualitatem quandam substantialem, album uero & nigrum solum qualitatem: quæ licet uera sint, meo tamen iudicio aliò præter hæc tendit oratio, ut nobis inquam declararet primas substantias significare hoc aliquid, secundas uero quale quid hoc est indefinitum atque indeterminate, quod primis indiget ut subsistat & definiatur, & hoc contra Platonem, qui hoc aliquid, hoc est definitum, & determinatum, quod per se ualere subsistere tantum acciperet in ideis & uniuersalibus, quæ ob eam rem, ut diximus ipsi homo, ipsi ens à Platonibus uocabatur. In hunc modum in 7. lib. primæ philosophiæ hoc aliquid, & quale quid Aristoteli explicauit: cum enim uellet ostendere in cap. 8. ideas illas atque formas ad res procreandas non esse necessarias, in hunc modum ait: est ne igitur præter has aliqua sphaera, aut præter latericias domus, aliqua alia domus. an si sic

M

esset

Sextum Caput

esset nunq̄ hoc aliquid esset ortū, sed hoc quidem tale significat definitū quę non est, quem locū dū interpretatur d. Tho. ait: ad solutionem huius quęstionis hic primo præmittit q̄ si fit aliqua substantia hoc modo facta, nullo modo erit hoc aliquid sed significauit tm̄ quale quid quod nō est determinatū, Socrates. n. significat hoc aliquid & determinatum, homo verò significat quale quid, quia significat formā cōmunē & indeterminatā. hoc idē Ari. asserit in hac parte. nā prope finē ait: genere tñ amplior definitio (ali) aut̄ vertit̄ determinatio) quā specie fieri solet. quę verba sicū Boecio legas, plus aut̄ in genere quā in specie determinatio fit, nunq̄ poterūt aut̄ commode explicari aut̄ coherere cū alijs, sinō interpretamur hūc locum sicuti declarauimus. hoc aut̄ ex significatione vocum facit, quōd omnibus sit familiarior: vel, vt placebat alijs, quia vult significata explicare, inquit ergo oīs aut̄ substantia hoc aliquid significare videtur. sed nō ita res habet in omni substantia, licet appellationis figura in omnibus ita se habere appareat. Probat tñ hoc argumēto in primis substantijs: indiuiduū atq; vnū numero est hoc aliquid, talia. n. perse cōsistere valēt quā significatur p̄ primas substantias est indiuiduū atq; vnū numero magis apertū est hoc q̄ q̄ indigeat probari, ergo quod significatur est hoc aliquid. in secundis videtur quidē, vt diximus, appellationis figura: quia cū significet quod est perse, & non in alio, videtur significare hoc aliquid, hoc est definitū & determinatū quod perse cōsistere valēt, nō tñ significat sed potius quale quid hoc est indeterminatum & quod nō existit sine primis substantijs, non tñ sicut album. Alij ea de causa dixerūt appellationis figura secundas substantias videri significare hoc aliquid quia Socratē hominē & animal appellam⁹ quāobrem significatum videtur esse hoc aliquid: mihi tñ huiusmodi explicatio nō multum placet. quod proposuimus in tertio loco, de significatione vocum meminī me in capite de gene-

In prædicam. Aristotelis

90

genere explicasse. exponamus modò, quomodo in hac parte differāt animal & sensitiuū, homo & rationis particeps, quę primo quidē conueniunt, quia in determinatum significāt, & non hoc aliquid, licet in homine sit minor indeterminatio quā in animali: differūt tñ quia sensitiuum & rationis particeps significāt substantiam per modum formę & qualitatis, homo vero atq; animal indeterminatum quidē sed per modum substantię, quāobrem videntur hoc aliquid significare, & in quid & nō in quale prædicantur. ex quibus, illis, quę contra definitionē generis in hoc loco obieciēbamus, satisfacies, non significat quid, nego. Nam esto non significant secundę substantię hoc aliquid veluti arbitrabatur Plato sed quale hoc est quid commune vt declarauimus, non tñ ob id significant sicut differentia quale, quemadmodum à nobis est declaratum.



Competit præterea substantijs. Et nihil ipsis contrarium esse. Prima namq; substantia: ut alicui homini, aut alicui animali quidnam contrarium fuerit? nihil enim prorsus his aduersatur. At neq; ipsi homini vel animali contrarium quicquam esse videtur. Non tamen hoc substantiæ propriū est: Et alijs enim competit, ut quātitati: bicubito. n. aut tricubito nihil contrarium esse videtur: neq; ipsis decē: neq; talium cuiq; quicq; aduersat. Nisi q̄spia multū pauco, aut magnū pauco dixerit esse cōtrariū: attamē nihil eorū quę de definitę sūt quātitatis, cuiq; prorsus aduersari videtur

M 2

Sola

Sextum caput

Ola inductione Arist. probat continere substantijs, quod non habeant contrarium, quia alicui homini, aut alicui animali aut homini: aut animali, nihil videtur esse contrarium. potuisset tamē philosophicis argumentis ostendere, hoc esse proprium substantiæ, veruntamen quia cōtrariorum naturā postulabant prius declarari illa omnia, prudēs philosophus sciensq; prætermisit, contraria enim debent esse in subiecto quod pugnat cū natura vtriusq; substantiæ, præterea quid erit contrarium substantiæ cum ipsa suscipiat contraria, quod si aliquando visa fuerit substantia habere contrarium, ratione primarum qualitatum aut priuationis fortè accidit, quin imò posterius hoc priuatiue oppositum facit & non contrarium, alio autem modo elementa ipsa dicuntur contraria, hoc autem non conuenit soli substantiæ, sed etiam quantitati, quod Arist. inductione probauit, nos verò de ea re fortè disputabimus sequenti capite.

AT vero substantia non suscipere gradus videtur, ut sit magis minusve talis. Atque non dico substantiam substantia non magis substantiā esse: hoc enim iam diximus ita esse: sed quāq; substantiam id ipsum quod est, non dici magis ad minus esse: veluti si substantia eadē homo sit, nō est magis ac minus, aut seipso, aut alio, homo: non enim alius alio magis homo est: perinde atq; album aliud alio magis ac minus est album: corpus enim album magis album nunc quam prius, & calidū magis nūc calidum ac minus dicitur esse: substantia vero non magis.

In prædicam. Aristotelis.

magis dicitur, nec minus: neq; homo magis nunc homo quàm prius dicitur esse, neq; caterorum quicquā omninò quæ substantia subeunt rationem: quare patet, substantiam gradus suscipere nō posse, ut magis sit vnquam id quod est, atq; minus.



ANtea quàm Arist. probet, natura sua conuenire substantiæ vt neq; magis neque minus suscipiat, declarat qua ratione hoc sit explicandum, substantia inquit hoc ipso quod est, non admittit magis, aut minus: vnde homo non est magis aut minus, aut seipso aut alio, homo: perinde atq; album, aliud alio est magis aut minus album, probatio est per inductionem, pluribus tamen res hæc potuisset probari, nam vbi est magis, aut minus, aut hodie, aut die crastino, necessarium est primo sit ibi esse indeterminatum, secundo vt successione quadam ac proinde in subiecto illud esse comparetur, quæ omnia apertissimè pugnant cum natura substantiæ.

Est tamen dubium ex Arist. in hac parte, nam prima substantia est in primis & maximè substantia, & species magis substantia est quàm genus: præterea alia magis & alia minus participatione eius quod est existunt: alias enim & æterna et ea quæ generantur essent æqualiter, neq; alia alijs à prima causa longius distarent. Hisce respondet eūstratius, in eodē ordine substantiam non suscipere magis, aut minus quod illis verbis, hoc ipso quod est, Arist. significauit, si vero diuersi ordinis fuerint libentissimè confitetur magis & minus suscipere: quæ enim sunt Deo propinquiora magis quàm alia susci-

Sextum caput.

pian. Ammonius secundum profunditatem dixit, vnam substantiam esse magis substantiam quam aliam veruntamen secundum latitudinem hoc denegauit substantiae, nos tamen saluo meliori iudicio huic dubio ita satisfacimus: confidentes primo vnam substantiam perfectiorem esse aliam, quod nullus ex philosophis vnquam potuit negare, addimus tamen in vniuersum conuenire substantiae vt non sit magis aut minus substantia, neque enim perfectiore esse & magis suscipere sunt eadem, quemadmodum frustratius est visus arbitrari, sed magis aut minus suscipere est hoc ipso quod est esse magis aut minus tale. quam ob rem in hisce quae gradus suscipiunt debet esse latitudo quaedam secundum illud vnum atque idem esse, quod in substantia non habet locum, licet habeat in nigro atque albo: quauis in essentia quae est posita in indiuisibili hoc non reperiatur. Illud quod ex subistere ipso obijciebatur, sic explicamus: illud inquam esse accidens substantiae, est enim aut in praedicatione subijci, aut re vera subesse accidentibus, quae omnia substantiae accidunt. non ita contingit in albo, est enim ipse albi esse siue minus siue magis, licet definitio atque essentia albi, vti diximus, hoc non patiatur: in substantia autem neque in essentia neque in esse hoc locum habet. & illud de ipso subistere Ammonius secundum profundum appellauit, hoc est quatenus subest in feris aut alijs praedicatis aut accidentibus realibus.

Maxime vero substantiae proprium hoc esse videtur, idem inquam vnumque numero permanens, contrariorum esse susceptuum: quale nihil in ijs quae substantiae non subeunt, rationem proferre possis, quod vnum numero cum sit, recipere in se simul contraria possit: vt. color vnus idemque numero, albus

In Praedicamentis Aristotelis.

92

bus idem ac niger: negotium ve idem numero, bonum malumque, vt dicatur: ac in ceteris similiter: quaecumque substantia non sunt. Substantia autem vna eademque numero contrariorum est susceptiua, veluti quidam homo vnus ac idem interdum sit albus, interdum niger, & calidus atque frigidus, & vitiosus, ac studiosus. Ad alia vero nulla idipsum accommodari videtur, nisi fortasse quispiam instaret, orationem opinionemque, dicens contrariorum esse susceptiua. Eadem enim oratio falsa veraque esse videtur, nam si vera est hac oratio quempiam inquam sedere, si ille surgat eadem hac oratio falsa erit. Idem & in opinione fieri videtur. Nam si quispiam opinatur quempiam sedere, si surgat ille falso, nimirum opinabitur, qui de illo eandem habet opinionem. Enimvero si quispiam & his illud accommodatum duxerit esse, in modo tamen habebit vtiue differentiam: substantiae enim ipse si mutatione contrariorum sunt susceptiua: si fit enim ex calido quippiam frigidum, mutatur sane, alteratur. n. vt patet & similiter si nigrum ex albo fit, & studiosum e vitioso et in ceteris simili modo vnumquodque mutatione suscipiens, contrariorum est susceptiuum. In

M 4 ora

oratione vero atq; opinione non ita fit, sed ipsæ quidem immobiles penitus manent: si res autem moueatur, ibi tum euadunt, circa eas contraria: oratio namq; eadem manet, quempiam inquam sedere: re autem mota, interdum vera, interdum falsa fit. Eadem circa opinionem etiam fiunt. Quare saltem hoc quidem modo substantiæ proprium erit, ipsam sui mutatione susceptricem contrarium esse. Quod si quispiam hoc acceptet, opinionem ut putet, orationem uè susceptricem contrariorum esse, sciat idipsum verum non esse. Oratio namq; opinio uè, non quia suscipiunt aliquid, ideo susceptrica contrariorum esse, dicuntur: sed quia circa quippiam aliud accidit aliquid. Ex eo namq; uera uel falsa oratio ac opinio dicitur esse, quia res ipsa est, aut non est: non quia ipsa contrariorum sunt susceptrica. Simpliciter enim à nulla re prorsus aut oratio aut opinio mouetur, quare non erunt susceptrica profecto contrariorum si passio in ipsis nulla efficiatur. At substantia hoc susceptrica contrariorum dicitur esse, quod contraria suscipiat ipsa. Morbum enim & sanitatem, nigredinem atq; albedinem suscipit: atq; unumquodq; talium ipsa suscipiens, susceptrica cō-

tra-

trariorum dicitur esse. Quare substantia proprium erit, ipsam unum idemq; numero permanētem, mutatione sui susceptricem esse contrariorum. Sed de substantia quidem hætenus.



ST autem maxime proprium substantiæ ut vna numero cum sit, per sui mutationē sit susceptrica contrariorum. In fine huius capitis addidit Aristot. per sui mutationē propter orationem atque opinionem, quæ fiunt uera ex falsis per rerum et nō per sui mutationem, probat inductione quod conueniat soli, quia subiectum accidentis non potest perse esse accidens, licet sit aliquando per accidens, quemadmodum Ari. in primo libro de posteriori resolutione in decimo octauo capite declarauit.

Est tamen quædam exigua dubitatio in hac parte, an huiusmodi proprium conueniat omni, an uerò tantum quibusdam primis substantijs: nam ex his spirituales & corpus celeste non suscipiunt contraria, neq; ignis uenquam suscipiet humiditatem. Porphy. in hoc eodem loco fatetur ingenuè hæc omnia, quæ diximus, non posse contraria suscipere, (nam de secundis substantijs non est sermo perse in presentiarum quæ admodum uerba illa, vna numero cum sit, apertissime nobis ostendunt) ad eundem modum & Ammonius huiusmodi proprium tribuit soli, sed non omni primæ substantiæ. Nos tamen huiusmodi proprium sic explicamus: conuenit maxime hoc est particulari & omni primæ substantiæ, ut vna numero cum sit per sui mutationem suscipiat contraria non quæcunq; sed aliqua, ut coruus non nigredinem atq; albedinem

M 3

sed

sed frigus & calorem: ignis motum sursum natura atq; vi deorsum, maiorem aut maiorem raritatem, quæ sunt quodammodo contraria, cum alterum accedat ad densitatem quemadmodum in medijs coloribus accidit, luna suscipit illustrationes & defectus. spirituales præterea substantiæ, quæ in hac categoria collocantur, aut habent aut habere possunt contrarias volitiones & hæc de categoria substantiæ. Veruntamen quia est logica hæc pertractatio quæ ad inveniendū medium in arte syllogistica & prædicata, quæ in demonstratione sunt necessaria ordinatur, seriem prædicatorum disponemus atq; ordinabimus ex sententia Porphyrij, quod etiam ob easdem causas faciemus in fine aliarum categoriarum quod mirum in modum dialecticę, atq; philosophiæ studiosos iuvabit.

SVBSTANCIA.

Corporea.

Incorporea.

Corpus.

Spiritus

Animatum.

Inanimatum.

Sub quo per suas differētiās, quæ sunt ignotæ ponūtur vsq; ad indiuidua, oēs substantiæ spirituales troni, denominationes. &c. & demones omnes.

Viuens.

Sensituum.

Non sensitium.

Hic ponūtur eodē modo oīa q̄ carēt vita, elemēta, lapidēs & alia
Hic omnes plante & alia quæ esto non sentiant, habent vim vegetādi.

Animal.

Rationale.

Irrationale.

Hic omnia quæ sentiunt sunt tñ ex pertia rationis, licet sub se alias spēs habeant, sicuti habet canis, atq; alia.

Homo. Leo. Equus.

Hic homo, Socrates, hic equus,

Caput

Caput septimum, de quantitate.



ICET tota hæc disputatio, quæ est de quantitate videatur diuisa ab Ari. in duas partes, ita vt in prima declarauerit species & prædicata, quæ debent in hac categoria collocari, in secunda vero ostenderit proprias affectiones quantitatis, vt cognosceremus ex hisce quæ haberent rationē quantitatis per se, quæ verò quanti per accidens, a nobis tamen quia alia sunt præter ea, quæ diximus, explicanda, diuidetur. vniuersa quæ futura est de quantitate disputatio in quatuor partes in prima reddemus causas propter quas Aris. prius disputauerit de quantitate quàm de qualitate atque alijs, cum latius pateat qualitas, sit præterea & multis modis præstantior, in secunda naturam primi generis figura quadam explanabimus, vt commodius deinde in tertia enumeremus formas, atque species quantitatis. in quarta verò, atque postrema propter eam, quam diximus causam, aperiemus affectiones, quas Aristotel. in hac categoria tribuit quantitati.

Multi ex philosophis arbitrantur eam fuisse causam, propter quam Aristotel. prius disputauerit de quantitate, quàm de qualitate atque alijs, quod licet esset minus perfecta, quàm qualitas, similior tamen esset substantiæ, quàm in priori loco idem Ari. declarauit, nam neq; contrarium habet, neq; suscipit magis aut minus. est præterea quæ magna ex parte alia accidentia insunt substantiæ: quinimò simultorū phylorū, qui nō sunt infimę notę, placitis adhercamus, quodā modo

modo pertinet ad constitutionem primæ substantiæ (fit enim materia signata quãtitate) quam ob causam iure optimo post substantiam de quantitate fuit Arif. disputandum: utpote quæ primo conueniat primæ, & maxime, substantiæ, qua destructa nihil aliorum remanet. Alterũ verò fecit difficile multorum philosophorum disidium, dum quidam secundũ rationem diuisibilis, atque habentis partes, alij secundũ rationem mensuræ, alij denique alio modo sunt arbitrati Arif. in hac parte differere de quantitate, in quo libentius aliorum spectare iudicium. veruntamen quia necessitas cogit ferendum est, atque sine cuiusq; iniuria explicandum, quid sentia in hac parte, in qua saluo meliori iudicio (vehementer nanq; me frangit quorundam autoritas, atq; eruditio) si cum Arif. sentiendum est, quantitas est primum genus in hoc prædicamento, quatenus est diuisibilis & habet partes, hoc primum ita se habere ostendunt vniuersa, quæ Arif. docet in hoc capite, in quo semper facit mentionem partium, quæ aut sunt coniunctæ aliquo termino communi, aut separata, quinimò quantum ipsum dum in continuum, atq; discretũ diuidit, secat in id quod habet coniunctas partes, & in aliud quod eas habet discretas & separatas: quod esset nimis ineptum, si non diuideret quantum qua ratione habet partes. Secundo, eadẽ est ratio quantitatis in quinto libro primæ philosophiæ, & in hoc capite. de quantò. nam logicus solum adijcit rationẽ subiecti, & prædicati, neq; in natura rei potest vltèrius aliquam mutationem facere: illi autem cõsensione omnium natura quantitatis est quod sit diuisibilis & habeat partes, ergo hæc debet explicari in præsentiarum cum notionibus subiecti & prædicati. Tertio ratio mensurabilis, quod mensuræ est æquale est differentia, quæ altera ex parte diuidit quantitatẽ quemadmodum Aristotel. in eo loco testatur: quapropter neque ipsum neque mensura quæ est illi æqualis efficiet primum

genus

genus quod diuiditur, & in quo illud non est actu, sed solum modo potestate. quinimò ego adderem, rationem mensuræ non conuenire internæ quantitati, sed parti ipsius quantitatis: non quatenus quantum, sed qua ratione est pars quantitatis. nam primo hæc ratio conuenit vnitati, quæ solum est pars quantitatis. secundo Aristo. in quarto libro de Physica ascultatione instans non esse partem temporis hac ratione probauit, quod cum pars debeat metiri id, cuius est pars, instans non mensuraret tempus. Tertio idem Ari. paulo inferius asserit nos mensurare determinando aliquam magnitudinem, quæ postea totum remetiatur: quam obrem videtur rationem mensuræ prorsus tribuere parti. nam cuius quæso esset mensura magna moles quantitatis ita vt non decipiamur? Postremo ex definitione mensuræ, quam Aristote. ponit in prima philosophia possemus argumentari, mensura est ratio quæ nos reddit certos de quantitate rei, sed non reddimur certi nisi per partes, quia clara atque definita cognitio totius pendet (vt fert communis opinio) ex cognitione partium, ergo his debemus tribuere ex sententia Aristotelis omnem rationem mensuræ in quantitate, sicuti in perfectione tribuimus alijs partibus differentiæ inquam, aut formæ substantiali, & hoc modo omnia quæ de hac re Arif. docuit, optime consonant. nam perfectissima ratio mensuræ quantitatis, est in vnitatis, quæ est pars numeri. Secundo ratio mensuræ perfectissime reperitur in discretis, quia ibi possumus venire vsque ad minimas partes, quod non potest contingere in continuis in quibus solum inuenitur mensura secundũ quandã proportionem, quia non habemus simpliciter, quemadmodum in discretis minimam partem, sed solum secundũ sensum granum tritici, aut aliquid aliud huiusmodi indiuisibile, & minimum facimus quod omnes partes secundũ sensum eo modo remetiatur. nam ex natura rei non potest absque additio

ne

Septimum caput

ne aliqua ratio mensuræ inueniri in continuis quantis, quia semper utimur mensura uti indivisibili in tali quãtitate. Potest etiam & prima nostra conclusio alia ratione ex hisce, quæ alij concedunt, firmari. agitur dicunt de quantitate secundum rationem mensuræ, quia secundum rationem habentis partes non possemus, neque Aristote. potuisset tot species facere: igitur aliquas differentias habet quantitas potestate secundum rationem mensuræ, quas non habet secundum quod habet partes? quod primo pugnat cum eis quæ de ratione mensuræ declarauimus, quæ semper sequitur rationem atque differentiam partium, aliàs unde linea est solum mensura longitudinis? secundò, necessariò consequitur ut dicamus vel esse duas naturas, ac proinde duo genera quantitatis, aut habere partes non esse par cum mensura, & æquale, siquidem mensura plus continet potestate. plura autem atque pauciora continere in eadem natura non inuenitur, neque in hisce quæ sunt æqualia, quæ duo alij sane negarent, quibus accedit habere partes inter alia omnia primo reperi in quantitate, quam obrem illud efficiet, primum genus & non aliud, quod inuenietur posterius. neque contrarium potest illis verbis ostendi quibus de oratione Aristotel. ait: mensuratur syllaba longa, & breui. Primo quia plura dixit de partibus. Secundo quia mensurabile & quod mensuratur habet ut diximus partes: nam parte aliquoties sumpta mensuramus. quam obrem optimè colligit ex inferioribus Aristotel. sicuti colligimus, est homo, ergo animal. nam mensurabile est differentia inferior quæ, ut diximus, altera ex parte diuidit quantitatem. Sunt duo alia argumenta quæ ex aliorum sententia hisce quæ diximus aduersantur, quia non possent esse tot species quantitatis, & quia Aristotel. rationem non tantum mensurabilis sed etiam mensuræ tribuit quantitati. illud innumeratione specierum atque ipsa

rura

rum constitutione declarauimus. de mensura autem in metaphysicis instituitur ab Aristote disputatio. interim tamen iam fuit à nobis explicatum, cuius gratia mensura conueniat quantitati, ratione inquam partium, quas habet. prius tamen quam ad tertiam partem huius nostræ disputationis faciamus gradum, exponamus, quo modo hæc duo inter se mutuo cohæreant, & quod partes quanti, quod est discretum sint separatae, & quod sit diuisibilis hæc eadem discreta quantitas. diuisione, quod vnum est fieri solet plura quemadmodum apparet in continuo, atque alijs quæ diuisionem admittunt, quamobrem uti discretum est vnum ex multis vnitatibus, quæ inter se sunt dispositæ, & ordinate, eodè quoque modo erit secabile: & cum diuiditur, iam sunt aut plures numeri aut vnitates, quæ alium ordinem longè diuersum inter se habent: veluti si diuidas denarij partes in duos quinnarios, sunt iam plura & alio modo se habent: ob eamque rem discreta quantitas fortasse dicitur a D. Thoma diuisibilis habitu.

¶ De Quantitate.

Quantum autem partim est continuum, partim discretum: & partim ex habentibus positionem partibus, partim è non habentibus constat. Atque discretum quidem est, ut numerus atque oratio: continuum autem

ut


ut linea, superficies, & corpus: & insuper præter hæc
tempus & locus.

Partium enim numeri nullus terminus commu-
nis est, quo ipsa copulantur, ceu quinq; & quinq; si
sunt denarij partes, nullo communi termino copu-
lantur: sed sunt seiuncta. Similiter tria & quinq;
communi termino nullo copulantur. Neque omni-
no fit, ut numeri partium terminus cõmunis ullus
sumatur, sed semper partes seiunctæ sunt: quare
discretum numerus est. Similiter & oratio discre-
tum esse videtur: nam quantum ipsam esse ex eo pa-
tet, quia longa breuiq; syllaba mensuratur. Eam ve-
ro orationem dico, quæ fit cum voce: etenim nullo
partes ipsius communi termino copulantur: neq; e-
nim terminus communis ullus est, ad quem syllaba
coalescant: sed quæq; per se sunt seiuncta.

Linea verò continuum est, sumi namq; cõmunis
terminus, quo partes lineæ copulentur, punctum po-
test: itidem ut superficiei linea. Plani namq; partes
communi quodam termino copulantur. Similiter et
in corpore sumere assignareq; lineam superficiem ve
communem terminum potes, quo partes corporis co-
pulantur.

Porro

Porro autem & tempus & locus generis hu-
ius sunt: tempus enim præsens cum exacto futu-
roq; copulatur. Rursus & locus continuus est
corporis enim partes, quæ quidem aliquo commu-
ni termino copulantur, locum occupant: igitur &
loci partes, quas quæque pars corporis occupat, eo-
dem sæpe terminis copulantur, quo copulantur &
partes corporis. Quare locus etiam continuus
erit, quippe cum partes ipsius uno communi termi-
no copulentur.



AE C est prima pars huius capituli, in qua
Aristo recenset diuisiones quãti, de qui-
bus est nobis in hac commentatione ex-
plicandum: prius tamen oportet constitu-
mus varijs nominibus, per affectiones, &
propria solitos fuisse philosophos essen-
tiales rerum differentias, quia nostras vi-
res effugiunt, nominare: quod sæpe Aristotel. fecit maxime
autem in hoc argumento, quod modo pertractamus: aliquan-
do enim diuidit in continuum, & discretum: aliã in magni-
tudinem, & multitudinem: nonnunquam verò in mensurabi-
le, & numerabile: quæ meo iudicio eandem vim atque intelle-
ctum habent: quatenus ad hoc nostrum institutum attinet,
& hæc est prima diuisio, qua, ea quæ sunt sub primo genere
huius categoriæ, separantur, quantum aliud continuum, & a-
liud discretum, seu si mauis, quantum hoc est secundum quod

N habet

Septimum caput.

habet partes, aut habet coniunctas, & est continuum, aut separatas & erit discretum. discretum deinde aut est numerus, aut oratio, quorum differentia nos latent. sub numero veluti sub proximo genere omnes formae atque species numerorum collocantur: sub oratione autem vocali vniuersa carmina, pedes, & numeri ipsarum dictionum & modulorum, quos diligentius considerant musici, atque oratores. sub continuo ponuntur linea, superficies, corpus, insuper tempus, & locus: quae quemadmodum inter se differant, & quomodo sint quantae, explicabimus, ut si non voce incomposita, circuitione saltem differentias, quae huiusmodi quanta constituunt, figura quadam teneamus, neque possum non vehementer quosdam viros bonos & alioqui doctos mirari, qui tot species quanti secundum rationem diuisibilis aut habentis partes, magnam eum difficultate recipiunt, propterea quod in loco & superficie, in oratione & numero non inueniunt diuersam rationem diuisibilis aut habentis partes: ac si liceret illis sic argumentarij, non habent diuersam rationem generis hoc est animalis ergo neque hominis, aut leonis. sophistici nanque ex affirmatione superioris ad inferioris argumentantur: satis namque est, quod postea per inferiores differentias diuidantur. nam locus continet, quod superficies non habet. ad haec, habet rationem diuisibilis, & habentis partes secundum respondentiam locati, quod huiusmodi autores superficiei formaliter non dabunt. qua propter cum hoc hisce, quae diximus, non sit impedimento, accedamus ad explicandum ea, quae ad species pertinent sigillatim.

De numero ergo prius diferturi, ex more atque praeccepto Aristotel. a distinctione numerorum exordiamur. numerus ex Aristotele in quarto libro de physica auscultatione, aut est numerus numerans, aut numeratus. numerans, quo nume-

In Praedicamen. Aristotel.

98

ramus homines numeratus sunt decem homines; aut leones, qui inter se multis quidem separantur. ille nanque perfectè, absoluteque est numerus consensu eorum, qui Aristotelem in quarto libro de physica auscultatione interpretantur: hic verò non nisi imperfectè, & ex parte. quamobrem non numerus sed numerus numeratus vocatur. ille est semper discretus, hic verò quemadmodum finitio & natura temporis nobis ostendunt, potest esse continuus, quapropter in illo peruenire possumus vsque ad individuum, in hoc autem minime. numerans praeterea est vnus, atque idem semper, ut denarius vbique est idem & semper, numeratus verò est alius atque alius. alius est nanque denarius hominum, & alius equorum, sicuti in eo loco Aristotel. est autor. praetermissio numero numerato, de eo quo numeramus est nobis explicandum, quem inter quanta discreta Aristotel. collocauit: neque tamen probauit quod esset quantum, quia hoc erat planum: probauit tamen definitione & exemplo quod esset discretum, quia partes numeri nullo termino communi copulantur, veluti quinque & quinque, si sint denarij partes: non enim coniunguntur vnitate, haec enim est pars, non quo partes copulantur. Est tamen nobis declarandum, quænam sint partes, ex quibus constat numerus quo numeramus, & quam habeant entitatem? partes numeri sunt vnitates, haec est sententia Aristotel. in prima philosophia, & Symplicij viri diligentissimi. Inuestigandis antiquorum philosophorum placitis in physica auscultatione, quam nos vnica ratione probamus, omne quod mensuratur, à propria sui parte, quemadmodum antea retulimus ex Aristotele mensuratur: utpote quod tanta sit pars aliquoties sumpta & multiplicata quantum est totum, quod debet cognosci, cognitis prius atque exploratis partibus: numerus autem vnitate aliquoties accepta

& multiplicata mensuratur: quamobrem consequitur, ut ex hisce constet uti ex partibus. Est tamen dubitatio, propterea quod Aristote. cum communi consensione hominum denarium ex quinque & quinque, ex tribus præterea & septem facit: an numerus ex numeris componatur? nam vna species nunquam potuit alteram constituere. respondendum est, numerum posse componi ex numeris materialiter, sicuti consensus hominum declarauit, præterea centenarius denario aliquoties accepto mensuratur, quam obrem erit denarius pars centenarij. ad eundem modum licebit in alijs philolophari. non tamen potest numerus ex numeris componi formaliter: formale nanque ternarij nunquam erit in quaternario, aut septenario, quemadmodum deprehendimus aperte ex ratione formali ternarij: aliàs nanque deberent esse in denario plures vltimæ vnitates: plures præterea ordines prioris & posterioris, quæ pugnant cum ratione denarij. sunt tamen hæc necessaria ad hoc quod sint in aliquo plures numeri formaliter quemadmodum explicabimus. Diferamus iam de altero, de natura inquam atque esse vnitatis: quam quidam sunt arbitrati esse quandam rem indiuisibilem additam quantitati rei, quæ est vna, ad eundem modum in ternario, & quaternario philosophantur, quod sint entia quædam præter tres aut quatuor vnitates, à quibus tres lapides; & quatuor homines dicuntur ternarius, aut quaternarius. habet itaque Petrus præter suam quantitatem, quæ est magnus aut paruus, quandam aliam entitatem; quæ est vnitatis, à qua dicitur vnus formaliter. probant ex Aristote. qui vnitatem, & indiuisibilem, & primam mensuram facit, quæ non conueniunt quantitati Petri, aut lapidis: quas alij volunt esse vnitates. alterum vero asseruerunt, ut sit vnus ternarius per se, & possit in categoria collocari: quod non potuisset contingere si tantum essent

essent tres vnitates, neque esset vnus, atque idem semper, quod est de ratione numeri, quo numeramus, sicuti non est eadem quantitas trium hominum, & trium lapidum. Aristot. præterea negat bis tria esse senarium, neque ergo erit sex vnitates. ego autem ex sententia Aristot. in numero sic statuo partes numeri in quas quo quo pacto ipse fecatur esse, vnitates quemadmodum Aristot. docet cum explicat eius partes. Secundo quod nunquam vno docto, atque cordato fiet probabile, ternarij esse quoddam accidens reale, quod vnum numero cum sit, existat in tribus lapidibus uti in subiecto, quod illorum amētiā consequitur, cum omne accidens sit in aliquo. Habet tertio ternarius partes separatas, quæ communi termino non copulantur, quæ profectò non poterunt inueniri in ternario iuxta sententiam illorum qui alio modo quàm ex vnitatibus numeros faciunt. Habent denique partes numeri ex Aristot. in hoc eodem loco, ordinem prioris & posterioris, qui non erit in simplici illa, quam isti fingunt, quæritate ternarij, quæ propter secundum rem ternarius non habet alias partes quantitates trium vnitatum. Si verò consideremus partes quatenus in ratione sumuntur, tum temporis intellectus componit ternarium ex numero veluti ex genere, atque ex differentia quæ sumitur à tribus vnitatibus, secundum prius & posterius ordinatis. obeamque rem possemus finire ternarium numerum ex tribus vnitatibus, quæ ratione formæ accipiunt ab vltima vnitatis intellectu adiuuante & ordinante, quemadmodum diuus Thomas lectione tertia octauæ libri primæ philosophiæ ait, quinimò ex Aristote. hoc idem probatur, qui ordinem prioris & posterioris, qui nõ est absque actione intellectus efficit de essentia numeri in hoc capite. neq; ob eam rem debet censerens rationis, quia esto complementum recipiat ab intellectu, habet tamen in rebus esse reale quod habent vnitates: vnum tamen esse, & separatum

rum sola actione intellectus, quemadmodum alię rationes communes & vniuersales, habet. Ad eundem modum sentiendum est de vnitare, quod non sit res quedam in Petro, præter eiusdem Petri quantitatem: nam quo res aliqua est quanta, est etiam vna quantitate, quemadmodum a quo habet esse, habet & vnitatem entis, verum est vnitatem, tamen si non addat entitatem, bene tamen priuationem diuisibilis addere: quapropter quantitas Petri duobus modis poterit mente atque cogitatione accipi, aut quatenus priuationem inuoluit, & est vnitatis formaliter, quia ratione non poterit diuidi amplius: aut quatenus illa ratione indiuisibilis caret, iuxta quem modum perinde atque alia quanta in infinitum est fecabilis. Ex quibus non est difficile argumentis satisfacere, sunt enim ex eis, quæ diximus, ab ipse explicata, obeamque rem de oratione vocali de qua est sermo in presentiarum verba faciamus: hæc enim est quæ potest mensurari. Probatur Aristotelis primo, orationem vocalem esse quantitatem, deinde secundo quod debeat numerari inter discretas quantitates. Est tamen in probatione Aristotelis non parua dubitatio, quæ modo Petri debeat, & quam vim habeat huiusmodi argumentatio: mensuratur syllaba longa & breui, per quæ est quanta, nam eodem quodque modo probaret, Socratem esse quantitatem & poni in hoc predicamento, nam longitudine & profunditate mensuratur: meo tamen iudicio argumentum est planum, nam quod est mensurabile est quantum, sicuti quod est corporeum est substantia (est enim differentia quedam quanti si mensurabile), neque in substantia poterit esse eadem ratio, neque fit eodem modo argumentum: quia per se hoc & non quia ratione est substantia mensuratur. debet autem in hunc modum fieri argumentatio, quæ usus fuit Aristotelis, omne mensurabile est quantum, oratio est mensurabilis, consequitur ergo vt sit quantum.

rum. Veruntamen studio breuitatibus solum ponitur probatio illius minoris, quæ constat ex communi consensu hominum, mensuratur syllaba longa, & breui. Mirum est autem quantum discruciet grecos autores, quomodo debeat, fieri in hoc loco argumentatio quæ vim aliquam habeat, lege Porphyrium, Ammonium & Symplicium. est autem discreta, quia partes nullo communi termino copulantur: significatio nanque nihil ad eam rem facit: neque enim partes huius orationis arma significatione vti communi aliquo termino copulantur: habent tamen ordinem prioris atque posterioris, de sonis etiam est eadem ratio.

Superest tamen exponamus quæ sint huiusmodi orationis partes, & quomodo a numero & tempore discernatur oratio, certum est Aristotelem longam, atque breuem syllabam partes orationis vocasse, quod his sint in omnibus disciplinis notiores: nam alij soni non habent syllabas, habent tamen suas partes (nam si fuerit tantum vna syllaba pars est, aut principium orationis tantum, & non oratio, quemadmodum de vnitare omnes sunt arbitati) veruntamen cum in syllaba atque vocali oratione significatio, aer, & motus ille, seu verberatio, tempus præterea, quod in prolatione consumitur, reperiantur iure optimo quis dubitaret, quid horum esset aut pars orationis aut oratio, quam dicimus esse quantitatem. res quidem est dubia, sed non est aer aut significatio, quod hæc ad rem parum faciat, ille vero sit potius continua, quam discreta quantitas, neque est quæcunque modo illa verberatio, aut pulsatio, sed tempus quod discretionem quadam cum ordine prioris & posterioris consumitur, dum loquimur, aut dum fides, aut quiduis aliud pulsamus, per quedam discreta interualla, licet ordinata. Ex quibus etiam liceret nobis cum Porph.

et Boetio in hoc eodem loco probare orationem esse quantitatem, quia constat interne ex quantis: constat enim interne ex discretis morulis temporis; quas consumimus in prolatione, quæ non minus quam tempus sunt quantitates, quia sunt quodammodo eius partes. Est tamen ulterius considerandum ut intelligamus quomodo oratio à numero & tempore debeat separari, cum dicimus, arma habere duas syllabas, solum nos recensere numerum syllabarum, neque ibi adesse orationem quam modò inuestigamus, cum præterea cōtinuū tempus totius prolationis, ac si vna, continuaque esset actio, contemplantes asserimus in lectione, aut in proferenda oratione consumptam fuisse vnam horam, tunc re vera non esse orationem, sed tempus. at verò cum interualla illa discreta, simul cum duratione cogitamus (est enim mens necessaria ad hoc quod sit oratio, quemadmodum de tempore & numero Aristote. fuit philosophatus) tunc est oratio, quæ à numero atque tempore differt, quod in numero non sit duratio, neque in tempore discretio prioris, & posterioris in interuallis. Ex quibus etiam apparet quomodo distincta ratio diuisibilis, & habentis partes in numero, tempore atque oratione reperitur. Quòd si nobis obiicias, hinc posse fieri ut mensura duarum actionum sit etiam oratio, negamus, primo, quia illæ non possunt illum ordinem prioris & posterioris cum duratione discreta & interuallis perfecte obseruare, quemadmodum soni, & cantus, atque syllabæ faciunt. Continua sunt linea, superficies corpus, quia eorum partes communi termino copulantur, linearum quidem punctis, superficierum lineis, corporis autem superficieribus: quæ quo planius intelligas, oportet fingas cum mathematicis si punctum super planum ducatur lineam efficere, quæ habet partes ad vnum diuisibiles, lineam verò ductam in latus facere superficiem, quæ habet partes ad duo, hoc est longitudine aut latitudine diuisibiles: superficiem

verò


verò veluti in altum subleuatum conficere corpus, quod & habet partes ad tria diuisibiles, & in hoc prædicamento ponitur (est namque aliud corpus unde videtur effluere, quod substantiæ supponimus,) quæ omnia sunt species infimæ: nam sphericum & alia figuræ accidentia sunt quætitatis. Ad hæc autem tempus & locus sunt etiam continua. tempus quidem, quia præteritum, & futurum cum præsentem copulatur, quapropter cum sit continuum, consequitur etiam esse quantum: quod enim habet copulatas partes, proculdubio habet partes, quæ est ratio quanti, locus autem continuus erit, quia eius partes eodem communi termino proportionem quadam, quo partes corporis coniunguntur inter se: copulantur nam partes corporis, occupant partes loci, quæ ipsas per omnia respondent. probatio hæc desumpta est à posteriori. de his duobus disputat Aristot. in libro quarto de physica abscultatione. quidam tamen constanter asserunt, Aristotelem locum iuxta vulgi opinionem in hac categoria collocasse, qui re vera est in categoria vbi. cum sit terminus motus localis: sed meo iudicio errant sanè nisi affirmant, vulgaria etiam esse, quæ in physicis tradidit: vbi post longam disputationem statuit, locum esse vltimam superficiem corporis continentis: terminus autem quem mobile comparat motu locali, est esse ipsum in loco, quod est in categoria vbi. neque à mobili realiter, quemadmodum locus separatur, licet soleat etiam locus vocari: est enim loci multiplex significatio quemadmodum in physicis declarabimus.

Præterea partim, uti diximus, ex habentibus positionem partibus, partim è non habentibus constat nam linea quidem partes positionem habent: quæ

N s que

que enim ipsarum alicubi situm habet: atque quæ in parte plani quæque sita est, quæque cum parte copulatur, sumere assignareque potes. Similiter et plani partes positionem quandam nimirum habent, simili namque modo quæque partium ubi iacet, quæque cum parte copulata est, assignabitur. Partes etiam solidi lociue positionem identidem habent. At in numero nemo demonstrare partes ipsius positionem quam habeant, aut ubi sint sita, aut quæ quibus cum copulentur, potest. Nec item in tempore: nulla enim pars temporis permanet: quod autem non permanet, id quoniam pacto positionem habebit? Sed ordinem habere potius dices, propterea quod hæc pars sit prior temporis, hæc posterior. Et in numero simili modo: ex eo plane, quia prius unum quam duo, et duo quam tria, et tria quam quatuor numerantur, atque hoc quidem pacto ordinem quandam habent, positionem autem ipsarum non utique sumas. Oratio quoque similiter sese habere videtur: nulla enim ipsius pars permanet: sed iam que dicta est, comprehendere amplius non potest. Quare partium ipsius positio sane non erit, cum nulla prorsus permaneat. Quæ cum ita sint, patet, partim ex habent

habentibus positionem partibus, partim à non habentibus positionem constare.



X ponamus iam aliam sectionem quantitatis quam Aristotele. cum superiori coniungit, quæ est quantum, partim ex habentibus positionem partibus, partim ex non habentibus conitatur: referentes primo quid sit positio, nam declaratum iam est quid sit continuum cuius partes communi termino copulantur. secundo, quæ sint necessaria in eo quod positionem habent. Tertio, qualis sit hæc diuisio, & quibus possit quadrare. positio quidem multis modis dicitur, nam interdum dicit ordinem partium ad locum, ut sedere, recumbere: estque tum temporis primum genus, quod alio nomine dicitur situs, alio modo positio, est ordo partium inter se, & in toto, aut sursum, aut deorsum, & est in hoc genere ut caput est supra humeros, radices sunt sursum hoc modo, alio autem secundum differentiam loci deorsum necessarium est quid in hisce quæ positionem habet primo sint partes, quæ non evanescant: ob eamque rem partes temporis, atque orationis, non habent positionem, elabuntur namque & non manent, secundo, ut possint ostendi alicubi, adinuicem in quæ, & inter se (non enim est necessarium internè respiciant locum, hoc enim est situs,) debent præterea habere continuitatem. quæ has condiciones non habent, poterunt quidem tenere ordinem, sed non positionem, quemadmodum in numero accidit. habere positionem non est essentielle quantitati, quia non conuenit omni, sed est proprium quod reperitur in solis quantis, licet non in omnibus. quæ propter asseruerunt philosophi hanc diuisiorem esse, quan-

Septimum caput

quanti in quadam in accidentia: & hæc sufficient de secunda diuisione. veruntamen quia scientis est non solum quæ sunt eius artis contemplari, sed quæ videntur esse, cum non sint, refelere, diuit Arist. tertio quantum.



T qui hæc sola quæ dicta sunt, proprie quanta dicuntur: cætera vero uniuersa per accidens. Ad hoc enim aspicientes, & cætera quanta dicimus: velut album, ex eo multum dicitur, quia multa superficies est: & actio longa, motusve, quia tempus est longum: non enim per se unum quodque horum dicitur quantum. Etenim si quispiam quanta nam sit actio assignauerit, tempore sane ipsam definiet, biennem dicendo, aut triennem esse, aut alio simili modo. Et album etiam quantum sit si assignauerit, superficie nimirum definiet: quanta enim est superficies, tantum dicitur & album esse. Quare ea sola quæ dicta sunt, proprie & per se quanta dicuntur: cæterorum verò nihil per se, sed per accidens dicitur quantum.

In quantum per se quod à nobis hætenus fuit explicatum & in quantum per accidens, quia accidunt quanto, velut album quod dicitur multum, quia multa est superficies, & actio

In Prædicamentis Aristot.

Actio & motus, quæ ea ratione probantur quanta per accidens quia illud ut tempore habent, est enim longus motus aut actio quia definiuntur longo tempore, & homo procerus non quatenus homo sed quatenus talem longitudinem habet. Quidam tamen in hoc loco dubitarunt num Aristot. sibi conitaret, qui in prima philosophia ex hisce quæ hic facit quanta per se, multa fecit quanta per accidens. Respondemus tamen, Aristotem in eo loco inter quanta per se ea solum enumerasse, quæ habent partes quæ non elabuntur sed permanent. hæc est sententia Alexandri, cuius ille hæc reddit causam, quia quæ sunt ipsa esse hoc aliquid solum dicuntur quanta quem admodum eius definitio quæ per substantiam traditur declarat, quod hisce solum conuenit, quæ ut in subiecto permanet cum substantia: quam obcausant tempus, & locum ab hisce, quæ definiunt, reiecit, orationibus præterea ob eandem causam noluit mentionem facere, de motu non disputamus quia de hoc disputat Aristot. in decimo tertio capite huius tractatus, neque tamen est in hoc prædicamento quatenus motus, nam aliam rationem sonantur, æque habentis partes habet, abstractiua que à partibus secundum quantitatem & gradum, nam & continua est alteratio & partes habet, sed non quantas per se sed per accidens, est tamen motus formaliter. Quod si nobis obijcias ex Aristoteli in physica, auscultatione, à magnitudine & motu tempus habere partes, ob eamque rem esse quantum per accidens, rogarem ego in qua categoria ipsum tempus collocares? responderet nihilominus Alexander illud, imbecillitate nostri intellectus: & quia res non est permanens accidere, quia non possumus absque magnitudine permanente eius cognoscere partes, nam instanti quod est aliud à puncto, atque mutato esse, partes temporis copulantur, neque Aristot. dicit esse quantum per accidens, quemadmodum album: quæ omnia ostendunt licet non sit per se, quatenus debet habere partes, quæ

quæ sint aptæ esse libe aliquid, esse tamen absolute per se quatum licet alio modo, hoc est, quoad consistentiam dicatur quatum per accidens.

Daterea quantitati nihil est contrarium. In definitis enim quantis, nullam omnino contrarietatem esse, patet: ceu bicubito, aut tricubito, aut superficies, aut aliquid ali: nihil est illorum omnino contrarium. Nisi quisquam paucum multum, aut paruum magnum dixerit contrarium esse.

At horum nihil est quatum, sed potius est aliquid. Nihil enim per se magnum vel paruum dicitur, sed ad aliud sanè refertur: ceu mons quidem paruum dicitur milium autem magnum: propterea quod hoc maius, ille minor hisce quæ generis eiusdem sunt existat. Ad aliud igitur est ipsorum relatio: nam si paruum quicquam magnumve per se diceretur, nunquam mons quidem paruum, milium verò magnum utiq; dicitur. Rursus in pago quidem multos homines. Athenis autem paucos dicimus esse, qui tamè longè sunt illis plures: & in domo quidem multos, in theatro vero paucos, qui quidem & ipsi multo sunt illis plures. Præterea bicubitum quidem atq; tricubitum

tricubitum, & raliu on unumquodq; quantum significat. magnum autem & paruum quantum non significat, sed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnum paruumq; intelligitur. Quare patet, hæc ex his esse, quæ ad aliquid sunt. Præterea siue quanta hæc quissiam esse ponat, siue non ponat, nihil est ipsis contrarium: quod enim per se ipsum sumi non potest, sed ad aliud semper refertur, ei quoniam pacto contrarium quisquam fuerit? Præterea si magnum ac paruum contraria sunt, fiet ut idem contraria simul suscipiat, & eadem sibi ipsis contraria ut sint. Fit enim interdum, ut magnum atq; paruum sit idem. Est enim ad hoc quidem paruum, ad aliud verò magnum: quare fit, ut idem eodem tempore magnum sit atq; paruum. Quod si hæc contraria sint, idem profectò contraria simul suscipiet: at nihil videtur simul suscipere contraria esse.

HÆC est secunda pars huius capitis, in qua Aristot. ob eas, quas adduximus, causas, recet propria quætitatis: cui primo conuenit, non habere contrarium: probat inductione Aristote, in definitis quantis, ceu superficies nihil est contrarium. in indefinitis est dubitatio de multo & paucis, magno & paruo, quæ videntur sibi esse

esse contraria, & quoniam hec non sunt quanta, sed potius ad aliquid, reddit rationem. Aristo, quia magnum dicitur cu respectu ad aliud, est enim respectu vnius rei homo magnus, respectu alterius parvus, & longissima inductionem facit, ad hoc ipsum manifestandum. Respondet secundo Aristo, siue quanta haec sint siue ex hisce que sunt ad aliquid, tribus de causis non habere contrarium. assignat primam hoc syllogismo, quod pars summi non potest esse impars ad aliud, non habet contrarium, sola interrogatione, uti manifestam sumpsit Aristo: hanc propositionem: potuisset tamen ex natura contrariorum probare, quae cum circa idem subiectum mutuo se expellant non possunt esse ad aliud, quam rem in hisce, quae sunt ad aliquid disputabimus, quod hec sint huiusmodi non sumpsit, quia paulo ante demonstret, & paulo inductione probauit, ex alio incommodo hoc idem ostendit, facti syllogismo ex destructione: si haec essent contraria ex concessis, idem simul contraria susciperet, & eadem sibi ipsis essent contraria idem namque est magnum & paruum, haec autem quae conueniunt, si haec sint contraria, fieri aut esse non possunt, nam non possunt simul esse contraria, quod inductione illis verbis probat.

Ubstantia namque susceptrix quidem contrarium esse videtur, non tamen valet simul atque egrotat quisquam, neque simul album est quisquam atque nigrum, neque ceterorum quicquam quod quidem contraria suscipiat simul. Fit etiam, ut ipsa sibi ipsis contraria sint. Nam si magnum contrarium paruo est, cum idem corpus & magnum sit

fit & paruum eodem tempore: maxime sequens videtur, ut idem quoque ipsum sibi contrarium fateamur, sed ut quicquam sibi ipsum sibi contrarium fieri nequit. Ergo nec magnum paruo contrarium esse potest, neque paruo multum. Quare etsi quispiam haec non ad aliquid sed quanta esset diceret, contrarium tamen nullum prorsus habebunt. Maxime autem quantitatis contrarietas versari circa locum videtur. Supernum enim infero contrarium ponunt, locum qui est in medio inferum esse dicentes: propterea quod medij ad fines ipsius mundi distantia maxima est. Ceterorum quoque definitionem contrariorum, ab his afferre ac assignare videntur. Quae namque plurimum inter sese sub eodem genere distant, ea contraria esse dicunt.



Inde eadem forma argumentationis ex consequentis inquam ablatione ostendit aliud incommodum, incipit ab illis verbis.

Fit etiam ut ipsa sibi ipsis contraria sint, aperta sunt verba Aristotelis, non probauit ex natura contrariorum, quia nondum sunt nota, quousque declarat naturam oppositorum, secundo contra hoc proprium hoc syllogismo obijcit: quaecumque sub eodem genere posita, maxime distant, sunt contraria ex definitione contrariorum: locus sursum, & deorsum, quae sunt in hac categoria, sunt huius

Septimum caput.

modi: quare consequitur vt contraria etiam reperiantur in quantis. huic argumento non respondet Arist. quod sit in his eadem ratio, quæ fuit in magno & in paruo. nam qua ratione locus est in hac categoria, dicitur. vltima superficies corporis continentis, cui nihil reperitur contrarium. alio modo solet inuoluere respectum aut sursum, aut deorsum: qua ratione iã est in categoria vbi, cui aliquid est cõtrariũ. hoc modo. Herminius de sursum & de orsam, quæ vbi significant, & non locum, ex similitudine heri, cras, quæ non significant tempus sed quando, philosophatur. solet etiam tertio in hoc loco cõsiderari qualitas quæ serbat, & qua bene habet locatum: qua ratione dubium non est quin locus habeat contrarium propter eas qualitates, quæ sibi aliquando sunt mutuo contraria.



Dorro autem, quanto magis ac minus esse non competit, vt bicubito: non est .n. aliud alio bicubitum magis: neq; in numero, vt tria magis quam quinq; , tria vel quinq; e contrarve dicantur. Neq; tempus aliud alio magis tempus dicitur: neq; in eorum vlllo omnino que dicta sunt, magis minusve dicitur. Quãto itaq; non magis ac minus esse competit.

HAEC est alia proprietas quæ licet non soli, omni tamen quantitati conuenit, non posse inquam suscipere magis aut minus: quam inductione probat Arist. adesse quantitati, quia bicubito, aut tricubito non cõuenit quod aut sint

eni

In prædicamen. Arist. 106

Sunt minus aut magis: fieri enim potest, vt quantitas sit minor aut maior, non tamen hoc ipso quod est quemadmodum Arist. declarauit in prædicamento substantiæ, suscipit minus aut magis: quia non est formalis distantia in quantitate, quæ necessaria est ad hoc, quod aliquid & habeat contrarium, & suscipiat magis aut minus, quemadmodum est in albo, quod formaliter est magis aut minus album, sed solum est in hoc prædicamento distantia dimensionis, quæ non facit habere contrarium, neque suscipere magis, licet faciat maius. quod si quãdo aliqui ex philosophis ex communi modo loquendi, affirmant magis aut minus de quantitate, est secundum indeterminatum quantum, quod iam habet respectum ratione cuius potest habere contrarium, & suscipere magis aut minus: nõquam tamen reperiemus in quanto determinato, sed tamen meo iudicio vti Andronius censet nõ proprie loquimur quãdo magis aut minus tribuimus quantis.

Proprium autem quantitatis est maxime, æqualitas & inæqualitas, vt hac æquale vel inæquale vnumquodque eorum quæ rationem quantitatis subeunt, dicatur, vt corpus æquale ac inæquale, & numerus & tempus æquale inæqualeve, similiter dicitur. & de ceteris quæ iam dicta sunt, simili modo. Reliqua vero quæ non sunt quanta, non omnino æqualia ac inæqualia videbuntur: veluti dispositio æqualis inæqualisve non omnino dicitur, sed similis potius, atque

O 2 dissi-

disimilis: Et album videm aequale inaequale, non omnino, sed simile dici atque disimile solet. Quare quantitati maxime proprium erit, aequale ac inaequale ut dicatur.

Hoc est quod quarto modo debet. censeri propriū quantitatis, vt secundum eam dicamus equale, & inaequale. conuenit. n. omni & soli quanto. vtrunque Aristo. inductione manifestauit, vt corpus equale dicitur & inaequale, & numerus & tempus equale & inaequale. Ratio huius affectionis sumitur ex natura mensurabilis quemadmodum interpretes Ari. testantur. alio modo aequale dicit relationem, de qua sequenti capite disputabimus, & vtrunq; vt bene censet Soto licet equiuocè hoc nomen aequale, & inaequale significat formaliter. Superest tamen ostēdamus, an sint alia præterea quæ sumus interpretati, quæ possint poni in hac categoria quantitatis? nā multi graue in hoc prædicamento collocarunt, sed graue fit qualitate & nō quantitate, quemadmodum Alexander Aphrodisiensis obseruabit: ob eam quæ rem graue improprie dicitur mensura & mēsurabile, sicuti improprie aliquando quanta similia vocamus pertinetq; ad qualitatem & quale potius quam ad quantitatem. habent præterea quæ in hoc genere collocantur inter vniuersa alia entia hoc peculiare, q̄ quātum de quātitate, longum de longitudine prædicatur: quia abstracta habent quemadmodum & ipsa concreta suas partes, vnde linea est longitudo & longa essentialiter. Et hæc sufficiāt de quantitate, alia. n. vel ad libros de physica auscultatione, vel ad primam philosophiam attinent.

Quantum

Quantum

habens partes copulatas termino cōmuni.

Non habens partes copulatas termino communi.

Continuum. Discretum.

Ad unum puncto, linea ad duo & li. Ex unitatibus. Ex syllabis, aut in
neis, superficies, ad tria & superficies. que permanet. ternallisque discre
corpus sunt, ad hæc tempus & locus, quo rum differentie sunt nobis ignota, explica ta duratione dicit
rum differentie sunt nobis ignota, explica mus tñ in loco, quia eius partes continet, Numerus. Oratio.
& habet alium modum diuisionis, nā diu ruis, ex trib. ter. Obes pedes, & car
duntur secundum respondentiam locati: narius, ex his de a. imola & catus, et
quod non habet superficies. in ipore quæ. his omnibusque. sunt oēs, ex ametrū
sunt numerate secundum prius & poste. numerarum. no. pentamētrū, dacti
rius in motu, hora & dies sunt partes te mine significau lus, spondeus, & hu
poris, quatenus his nominibus significan tur. iusmodi alia.
tur, et non species. sub his ponuntur hæc. Hic binarius, hic. Hic spondeus, hoc
linea, illa linea hæc superficies, illa super Hic ternarius. Hic. Hic
ficies, & ad eundem modum aliorum sin. ternarius. Hic. Hic
gularia.

Quantum

De ijs quæ sunt ad aliquid.

Riusquam aperiemus sententiam Aristo. de ijs quæ sunt ad aliquid, in hoc capite redemus causas, propter quas, relata in disputatione categoriarum, & tertium locum occupaverunt, & quoribus de illis sermo apud antiquos se offert semper fiat collocutio in numero plurali, deinde secundo manifesta- bimus quomodo, illa, quæ sunt ad aliquid, possint consistere: quod fuit difficile apud veteres. Tertio dividemus ea omnia & accipiemus ea, quæ Arist. disputat in hoc capite, quod in quarta parte huius commentarii interpretabimur.

Non fuit exigua concertatio apud veteres de ordine, atq; dispositione categoriarum: quidam enim absque vlllo ordine categorias ab Aristotele fuisse dispositas affirmarunt, alij autem placuit, interdum Aristotelem rectum tenuisse ordinem interdum verò inuertisse aliqua ex parte, quod primo ex disputatione Architzæ probarunt, qui post quantitatem, & qualitatem posuit ea, quæ sunt ad aliquid, ad dederunt deinde, Aristotelem post quantitatem frequenter subnectere qualitatem, quemadmodum fecit in enumeratione eorum quæ secundum nullam complexionem dicuntur singula inquit aut substantiam significant, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid & in physica auscultatione cum inquireret prædicamenta quæ per se motu comparantur, prius recensuit qualitatem, quibus etiam accedit, quale ipsum esse absolutum & cognatius substantiæ, fundamentum præterea quorundam eorum quæ

quæ sunt ad aliquid, quæ omnia suadent, integralia fuisse explicandum, veruntamen quia hæc argumenta non efficiunt, quod volunt, responderimus Aristoteli in tradendis his prædicamentis, non perfectionis, quemadmodum fecit architas, sed doctrine atq; prædicationis ordinem observasse, qui ne diu auditores dubios, atq; hesitantes teneret in disputatione de magno & parvo, de multo & paucis, quæ fecit eorum quæ sunt ad aliquid, post quantitatem, ubi de illis dubitavit explicat ea, quæ sunt ad aliquid. Est etiam relatio à toto genere, præinquinior substantiæ ipsa qualitate, sicuti illa relatio declarat, quæ fundatur supra unitatem formalem. Neq; illi erunt audiendi, qui in hac disputatione omnem ordinem auferunt, utpote qui illud remoueant quod est pulcherrimum, & quod in disciplinis ut ea, quæ traduntur præcepta, facilius percipiamus, & teneamus memoria, multum solet iuuare quemadmodum Xenophon, atq; Aristote. affirmarunt.

Fuit secundo & inter aliquos philosophos de inscriptione, & modo loquendi in his quæ ad hanc categoriam attinet alia dubitatio: nam Zeno, atq; alij antiquiores philosophi nõ ea quæ sunt ad aliquid, sed relationes vocarunt cõsultius tã Platonem ut quæ a Zenone omnibus generibus fuerant permixta secerneret, atq; in propria serie, & ordine collocaret relationis nomen in ea, quæ sunt ad aliquid, quæ appellationem Aristoteli, atq; alij posteriores philosophi obseruarunt, quã tã de his verba faciunt in numero singulari quemadmodum Boethius, Andronicus & Athenodorus, alij vero in numero plurali quemadmodum Aristotelem fecit in inscriptione, & in vniuerso capite quia huiusmodi entia sunt posita in multitudine, nam est ibi relatio, & quod refertur & terminus quorum debet fieri mentio in his explicandis: Iamblicus huiusmodi cõtentionem componens de habitudine dixit loquendum fore in numero singulari, de his autem, quæ participant habitudinem in numero plurali.

Aliud vero quod proposuimus de inde, essent ne vera: entia ea quae sunt ad aliquid sunt di facile persuasi, quidam namque non natura, sed positione esse voluerunt, & cogitationis nostrae commenta omnia, quae sunt huiusmodi appellarunt. (vnde ortum habuit relationis, appellatio, qua comparatione nostri intellectus significamus) his potissimum de causis persuasi, quod res eadem sola intellectus nostri cogitatione sinistra esset modo, & mox dextra. Secundo quod mente & cogitatione non potuissent aliqui, quomodo absque villo profusus motu, aut mutatione veniens & naturale modo esset in Socrate quando est pater, quod antea nullo modo in eodem ponebamus (non enim sunt ea quae sunt ad aliquid, quomodo enim illa res fieret, quae tota est non in se sed potius ad aliud, cum productio transsit alicuius in aliquo) tertio ex substantia partium rerum in hunc modum argumentabantur. id omne quod est aut est per se, aut in alio, quae sunt ad aliquid neque sunt per se, neque in alio: ergo sola cognitione, & non natura sua substantiam habent in hac re grauius Protagoras aberrauit, qui res vniuersas faciebat ad aliud, quod non haberent finitam, atque determinatam naturam, sed illud re vera essent, quod vnicuique esse viderentur, quemadmodum in colo vnius columbae dicebat, diuersi diuersos esse colores contemplantur, ad eundem modum per omnia contingit in rebus alijs. haec tamen insania nullo negotio à Platone & ab Aristotele in libro tertio de prima philosophia refutatur, nam si haec placita Anaxagorae vera essent ignis non combureret pueros, & furiosos homines, sed foueret potius atque aleret, nam ita sese habere arbitrantur, & nos Protagoram obijcit Plato mentiri arbitramur, si ergo mentitur, dignus non est, cui fidem adhibeamus: si verum dicit, ergo in sua opinione fallitur, alio enim modo res habet, & alio nobis apparet. errantur etiam & alij illis argumentis quae paulo ante adduceba-

ceba.

cebamus persuasiam sine vlla nostri intellectus actione aliqua sunt in natura, quorum esse est totum ad aliud. hac de caufovti in principio dixim? Plato nomē quo vltus fuit. Zeno mutauit, & Aristo. in decem generibus, quae verē sunt entia, posuit ea, quae sunt ad aliquid, cum hūc consentiunt. Thom. in prima parte in questione. 13. & omnes ad vnam, qui Platone atque Aristotelem, interpretantur, ratione tamen probatur, quia nomina haec pater, filius, herus, & seruus non sunt inania, neque debemus eam harmoniam, & consonantiam e medio tollere, quae consensione tantorum virorum est in substantijs, virtutibus, in sonis, in numeris, atque alijs: sunt tamē haec omnia ad aliquid. secundo si habitudo inter res naturae non habeatur, quomodo aequabile, commensurabile, desiderabile, & alia inter res naturae non manibus, vocibus numeramus? quid vero diceremus de filio, quid de patre? si vtriusque mutua habitudo in rebus non reperitur? Sunt tertio & scietia reales, quarum negotium, aut magna ex parte, aut totum circa huiusmodi habitudines versatur, quales & modo, & olim geometria, & musica habebantur, est tamē antequam ea quae ex aliorum sententia obiecit, disoluamus, diligenter inuestigandum, vnde habeat huiusmodi habitudo, quod sit res naturae, & quid vt hoc ipsum obtineat sit necessarium, qua in re breuiter percurrentes dicimus singula, quae in huiusmodi habitudinibus reperiuntur, & quid vni quodque habitudini praestet, & quid habitudo à singulis accipiat, vt planius intelligamus vnde habeat quod sit res naturae, & ens reale, est primo subiectum, quod ab huiusmodi habitudine appellatio nem habet, Socratem gratia exempli ponamus, deinde est aliud, quod habitudinis seu relationis fundamentum vocatur, de quo in praesentiarum nom disputamus, sit tamen ad hanc rem, quam quaerimus explicandam vnitas albedinis, quae Socrates qui erat subiectum, est similis alteri. Inuenitur tertio si

Octauum caput

militudo, quæ est ipsa habitudo & relatio. Quarto & postremo aliud ad quod ipsa habitudo, & relatio terminatur: quod ea de causa communi nomine terminum vocamus, siue illud sit absolutum, siue eorum quæ sunt ad aliquid: nam res hæc non exigua dubitationem habet. ponatur Plato gratia exempli, qui eodem modo sit albus, nec est aliud quod possimus in hoc argumento quod modo tractamus considerare, à termino non habet habitudo, quod sit res natura, & ens reale quia cum hic sit extrinsecus non dabit Socrati esse reale, licet possit extrinseca denominatione & quidam reali ab eo appellari, vti in scientia & scibili declarabimus. neque est habitudo realis ea solum ratione qua est ad aliquid: cum relatio rationis, quæ tota est in nostri intellectus cogitatione, sit etiam vera ad aliud, quemadmodum in genere, & specie apparet. (est tamen illa habitudo generis aliquid, qua ratione hoc à nihilo separamus, utpote quæ habeat saltem aliquod esse obiectiuum in intellectu humano) quapropter per locum à diuisione relatio aut habitudo illa accipiet à fundamento omne esse reale, quod habet. secundo cum relatio realis non distinguatur à fundamento realiter & quando illud fit, producat, necessarium est & non tantum probabile quod ab eodem accipiat esse reale non tantum indiuiduum & quo in rerum natura dicebamus existere, sed etiam specificum; & formale reale, nam licet obtineat speciem a termino, quia est ad aliud tamen quod illud esse specificum, quod obtinuit a termino sit reale, ratione fundamenti, & non ratione termini accidit ad hoc tamen ulterius aliquæ conditiones sunt necessarie primo quod sint res ipse inter quas est habitudo realis. Secundo quod sint realiter separate, quemadmodum sentiunt omnes, qui in hoc genere rerum philosophantur. Addunt etiam alij, quod absque actione intellectus talis habitudo oriatur, quibus sic constitutis atque probatis ad argumenta redeamus. de eo quod inuoluitur in primo argu-

In Prædicamen. Aristot.

110

argumento. Cum habitudines omnes ad propriam seriem reduxerimus, erit fusior disputatio, interim tamen iam fuit à nobis probatum aliquot esse habitudines, quæ sunt reales, secundum leges & conditiones quas paulo ante declarauimus, sunt & aliquæ quæ sunt rationis tantum (neque enim constitutumus omnes esse reales) secundum licet sit scitu dignum, parum habet difficultatis, nam relatio non fit per se, sed cum alio, & sufficit ad hoc quod fiat, quod sit saltem in altero extremo mutatio licet aliquando in utroque reperiat, quod fusius in libro de physica auscultabimus, tunc tractabimus, modo sufficiat exemplis vniuersam rem declarasse, ponamus neque Socratem, neque Platonem esse albi ut sit in utroque, si similitudo in albo, necessarium est ut sit in utroque, mutatio, quia similitudo debet fieri cum albo, si tamen alter sit albus, satis erit mutatio in altero ad albi, ut subornatur relatio, quæ est idem realiter cum albo, quæ mutatione aut motu fuit factum, quare neque fuit sine motu ea, quæ sunt ad aliquid, neque per se motu comparatur tertium nullo negotio explicatur, nam hæc eadem, de qua loquimur habitudo est in alio, cum sit accidens: veruntamen propria ratione, qua à ceteris accidentibus separatur, non in subiecto, quia hoc est commune, sed ad aliud habet: quod ipsi duntaxat est peculiare, qua in re pessime Gilbertus autor ille sex principiorum cum relationis naturam quaereret, aberrauit, dum eam facit assistentes & non affixas, intrinsecus, nam relatio & est in subiecto, & hoc idem esse, quod in subiecto habet, totum est ad aliud, & hæc sufficiant de his quæ erant inuestiganda in hac parte.

Exponamus iam diuisiones eorum, quæ sunt ad aliquid, quæ primo aut sunt per se ad aliquid, aut per accidens: nam homo ex accidenti dicitur esse ad aliquid, propterea quod accidit duplici ipsi quod est ad aliquid, & album, quia vti accidit duplici eidem etiam contingit album, hæc tamen quæ his duobus modis licet ex accidenti dicuntur ad aliquid omittantur. de his enim non potest propter multa incommoda institui certa dispu-

disputatio: prosequamur ea, quæ per se sunt ad aliquid, quæ aut erunt secundum esse, aut secundum dici tantum, hæc diuisio contentione quadam, atque collocauione omnium, admittitur, quin imò est aperte Aristoteli in hoc septimo capite, in quo asserit ille ad aliquid quædam dici quorum esse nõ est esse ad aliud. nequit tñ alio modo explicari cõmode quã ad aliud, quæ etiã in libris de locis argumentorũ saepe mihi uisus est Arist. in fine alle, quæ rursus aut secundum se, aut secundum suum genus dicuntur ad aliquid, quemadmodum Aristotele. in prima philosophia, & in quarto libro topicorum, & in prædicamentis qualitatis aperte testatur licet in his locis non aperte declarat. sint ne ad aliquid secundum esse quæ sunt secundum suum genus, at uerò secundum dici. constat tamen ex eodem in quarto libro topicorum. dum exponit quartam locum quo à genere argumentamur. ubi negat genus esse ad aliquid cuius species non sunt ad aliud. quod oporteat in eadem serie genus cum suis formis, atque speciebus collocari. quod etiam & ratione sit planum, nã si de genere quod sit ad aliud in quid enutiamus: ergo & de ea, quæ est illius generis species: quando quidem quæ de prædicato dicuntur, debet etiam & de his quæ illi prædicato subiiciuntur prædicari: quemadmodum in antepredicamentis à nobis fuit declaratum. secundo ne Aristoteli sit sibi contrarius, omnes illius interpretes consentent cum dicit secundum genus aliquid esse ad aliud de his, quæ sunt secundum dici, & non secundum esse, uerba facere. meminimus etiam in superioribus alterius diuisionis eorũ, quæ sunt ad aliquid: nam aut sunt natura, aut intellectu & cogitatione tantum quæ sunt ex accidenti, & quæ sola actione intellectus sunt ad aliquid, in hac categoria non collocantur: hæc enim non sunt res nature, illa uero efacerent, quod esset omnium rerum permistio, prorsus contraria dispositioni atque arti categoriarum in quibus prædicata nature secundum

dum ea quæ per se ipsis conueniunt, solum modo collocantur. ad eundem modum ego illa reijcerem quæ cum non sint, dicuntur ad aliquid: quanuis aliqui ex philosophis constanter asseuerent debere numerari, & poni inter ea quæ sunt ad aliquid, nam alias quomodo potuisset Aristotele. reprehendere primam definitionem eorum, quæ sunt ad aliquid? quibus etiam accedit consensus antiquorum interpretum Aristotelis. in hoc eodem capite, ne ponatur genus in una categoria species autem in alia sit que indiscretus ordo, & series ipsarum rerum. quod si non de re, sed de respectu rogares, forsam esset alia ratio. sunt ergo illa tantum in hac categoria quæ cum sint in rerum natura, totum suum esse habent ad aliud: quæ ulterius ab Aristotele in plura genera subalterna secantur: nã aut sunt secundum numerum, & unitatem, ut duplum subduplum, idem simile & æquale: aut secundum actiuum, & passiuum, ut combustibile, & combustiuum: aut mensuræ, & mensurabilis, ut scientia scibile, sensus & sensibile, imago atque imaginatum: quæ omnia cum longe inter se differant, habent etiam alias inferiores species, atque individua de quibus possint prædicari: illa enim quæ sunt ad aliquid secundum unitatem in substantia & essentia dicuntur eadem, in quantitate equalia, similia autem in qualitate. quæ his sunt opposita facile ex eis quæ diximus poterunt explicari, diuersum, dissimile, atque in æquale. quæ uerò faciunt secundum numerum, in quo auolbitur differentia excessus, aut defectus, multifaria per suas differentias separantur. nam aut excessus ille est determinatus, ut duplum subduplum: aut indeterminatus, ut multiplex, submultiplex. adhuc reducimus omnes proportionem magnitudinum, ac numerorum, quas considerant mathematici: alia autem quæ in secundo genere continebantur, aut per potentias agendi, atque patiendi, & eorum operationes, aut per priuationem istorum separantur (est enim in hisce uisibile at que

Octauum Caput

que inuisibile, odorabile, ac inodorabile) quæ aut erunt per tempus præsens, quæ admodum quod mouet & quod mouetur aut per tempus præteritum, aut pater qui genuit, & filius qui genitus est: aut per futurum, vt quod est facturum, quod est faciendum, vt combustibile & combustiuum: quæ iuxta diuersitatem vtriusq; potentiæ alias differentias habent, vt visibile audibile, atque odorabile: hæc autem à primis differunt, quòd prima non admittunt motum, neq; actionem nisi metaphoricè, quia mathematica qualia sunt illa abstrahunt à mutatione, & motu: hæc autem semper sunt secundum operationem, quæ aut sit, aut fuerit, aut futura sit. quæ autem sunt in tertio genere, differunt ab alijs. quòd alia omnia hoc ipso sunt ad aliquid, quòd vnūquodq; ipsum quod est cuiuspiam dicetur esse, hoc est, sunt mutua quia vtrunq; est relatum: at mensurabile, sensibile, intelligibile ex eo dicuntur ad aliquid, quia alia dicuntur ad ipsa, quia vel sunt absoluta illa, quæ sunt mensura, vel si sunt relata non sunt realia, sed rationis tantum quæ admodum postea declarabimus.

Suboriuntur tamen circa ea quæ diximus quædam dubia & quidem necessaria explicatu: primum, circa illa relata quæ postulant vnitatem, qualisnam debeat esse vnitas in qua fundantur, debeat ne esse numerica, an verò specifica & formalis. Respondemus primo, quòd non est fundamentum vna atque eadem numero vnitas positiua quæ sit in duobus quæ dicuntur equalia, quia re vera non est in duobus vna numero quantitas, aut qualitas, aut substantia, cum vna res numero atque finita non possit in duobus, quæ re ipsa differant inueniri. Secundo, quia similia atq; equalia ea sane re qua cõueniunt & non ea qua discrepant & sunt separata dicuntur similia & equalia duæ aut substantiæ, duo equalia, aut duo quanta, differunt sanè numerali substantia, qualitate etiam atque quantitate, quamobrem non sunt eadem similia aut equalia numerali

rali vnitate, neq; vnitas generis, aut speciei erit eorum fundamentum, cum non reperiat abscque contemplatione intellectus, erit tamen in his omnibus fundamentum vnitas negatiua formalis quæ in relatione eiusdem non admittat excessum aut defectum essentialem. vnde dicitur ab Aristotele vnitas in substantia, hoc est in essentia, quæ admodum Socrates & Plato sunt idem formaliter in specie, & duo alba sunt idem album participatione essentia, & ad eundem modum se habebunt alia. in relatione autem æqualis, aut inæqualis, illa vnitas non sufficit sit formalis, quia linea vnius pedis, & decem pedum quia habent eandem definitionem, habent eandem vnitatem formalem, sed non sunt æquales, sed vltterius debet prorsus excludere excessum, atque defectum illius dimensionis, secundum quam illæ res dicuntur æquales. ad eundem modum in simili necessarium est ad sit negatiuè eadem intensio qualitatis, non numerica positiua, quia cum sint duo alba erunt duæ vnitates albedinis, sed necessarium est saltem quòd sit negatiua ita quòd non sit quò differant extensione aut gradu, ea nanque quæ in hoc medio genere sunt ad aliquid per excessum atque defectum & eorum priuantiam diuidebamus iuxta quem modum sic est de fundamento in hoc genere philosophandum. neque est necessarium numerus ille, quò excessum, defectum, atque vnitatem, quæ his est opposita significamus, sit sua natura in categoria quantitatis, nam idem diuersum, simile atque dissimile hoc genere continentur, nullam tamen inuoluunt quantitatem, sed ea solum ratione secundum numerum vocantur quòd maior pars eorum, quæ in hoc genere sunt ad aliquid, aut re vera sunt in numero, quales sunt proportionibus omnium mathematicorum, aut sunt in hisce quæ aliquam habent similitudinem cum vnitate numerali, quæ nobis est manifestior quemadmodum contingit in eodè & simili, & æquali: sicuti idem Ari. in quinto lib. primè philoso-


Philosophiæ est autor. in substantia inquit est idem, in quantitate æquale, simile autem est in qualitate: in quibus etiam aliqua ex parte reperietur idem, quia substantiam & essentiam habent aliquomodo: sunt enim duo alba, aut duo quantitates, vnum atque idem formaliter, quemadmodum declarauimus: quapropter vna atque eadem ratio huius generis subalterni habet fundamentum in vnitatis essentia, siue substantia, siue quantitate, siue qualitate, quoniam & eorum quæ sunt ad aliquid: nam sunt etiam & plura relata, quæ cum differant numero, eandem speciem habeant. si verò aliquid detraxerimus ab huiusmodi vnitatibus faciemus diuersum, dissimile & inæquale, quæ cum defectum, atque excessum inuoluant, ad numerum aliquomodo reuocantur: quia secundum quantitatem & gradum sicut numeri se habent: alias enim non posses proportionem magnitudinum in hac categoria collocare, nisi veluti mente atque cogitatione numerata facias. fundamentum eorum quæ in secundo genere continentur, factis aperte ab Aristotele fuit declaratum: quamobrem ad ea quæ sunt mensuræ & mensurabiles decurramus in quibus longè alia ratione erit nobis philosophandum, nam ex multorum sententia in altero extremo, in scibili inquam & sensibili, atque imaginabili & in alijs mensuris, cum non sint re vera, & internè eorum, quæ sunt ad aliquid, non est quod laboremus fundamentum relationis inuestigantes: quia non adest ibi vlla ratio, cum sit quid absolutum, & non ex hisce quæ sunt ad aliquid. quod si fuerit ratio quemadmodum alij philosophi sunt arbitrati tantum erit rationis, quamobrem ad actionem vel iudiciū aliquid intellectus, quod erit ratio fundandi, oportet huiusmodi relationis fundamenta reducamus, in mensurabili exempli gratia, & scientia quæ mensuratur esse ipsius scibilis, quod est in ea quodammodo, erit ratio fundandi, sicuti in imagine ipsa apparet, quæ secundum esse imaginati, quod

quod habet ab eodem mensuratur est enim idem motus in imaginem atque imaginatum vt sic loquamur, quam obrè diuis Thø. fortasse quæ sunt in tertio genere vocauit, secundum esse ad aliquid, quia huiusmodi mensura est ipsius esse & non quantitatis, non enim est mensura essentia atque imaginis, sed esse scibilis, atque imaginati, quæ sunt quodammodo in scientia, atque imagine, quo, an sit imago expressa, an non? mēsuramus & iudicamus. Possunt etiam relationes rationis in his generibus collocari, intertio enim collocatur veritas quæ multi arbitrantur non esse relationem realem, in primo relatione eiusdem ad se quod solo subiecto, & non relatione reali dicitur esse idem sibi realiter, quod oportet mente retineamus: sunt enim aliquando vel ab extrinseco, vel a subiecto appellationes reales in hisce in quibus tantum sunt relationes rationis, sicuti est realiter scibilis, quadratura circuli, & Socrates idem sibi realiter. nos autem ex conditionibus, quas paulo ante diximus, conijciemus, quæ sunt relationes rationis, & quæ sunt relationes reales: esset enim longissimum, atque eius etiam qui discedit ingenio auditorum vniuersa enumerare. sufficiet namque tradidisse præcepta, traditaque ad eandem rem inueniendam dilucide declarasse. iam enim ipsa disputatio postulat, vt ad interpretationem huius septimi capitis gradum faciamus, vitro prætermittentes, an multiplicato termino debeat in altero extremo multiplicari ratio, & an possit aliquando bis dici aliquid ex relatis, quia hæc sunt primi philosophi neque sunt necessaria, quemadmodum alia, quæ illinc acersuimus, ad declarandum seriem eorum quæ in hac categoria collocantur.

Vniuersum caput distribuimus in tres partes: in prima assignatur definitio eorum quæ sunt ad aliquid, iuxta sententiam Platonis aut aliorum philosophorum. in secunda connumerantur proprietates, quæ ex eadem definitione dimanant. in tertia ape

rit Arist. quid ipse sentiat de natura & proprijs eorum que sunt ad aliquid, propter quoddam dubium de partibus subitãtie, quod ex definitione, atque placitis antiquorũ oriebatur. nos vero in uersam cõmentationem huius capitis distribuimus in duas partes in prima exponemus definitiones eorum que sunt ad aliquid in secunda erit sermo de proprietatibus.

De his que ad aliquid.



A vero dicuntur ad aliquid que id quod sunt aliorũ esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: ueluti duplum, id quod est cuiuspiam dicitur, duplum enim alicuius scilicet: et maius id quod est, alio dicitur maius: aliquo namq; maius dicitur: similiter & cetera, que istiusmodi sunt. Sunt & hæc etiam ex hisce que ad aliquid sunt, ut habitus, dispositio, scientia, atq; positio: omnia enim hæc id quod sunt aliorum esse, aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur: & non aliud quicquam. Habitus enim cuiuspiam habitus, & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio dicitur esse, ceteraq; simili modo. Ea igitur sunt ad aliquid, que id quod sunt aliorũ esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: ceterum mos magnus ad aliud dicitur

citur: ad aliquid enim mos magnus dicitur. Simile quoq; cuiuspiam simile dicitur: & cetera etiam, & alia ad aliquid eodem modo dicuntur. Sunt autem & recubatio, & statio, & sessio positiones quadam positiones uero ad aliquid sunt. Recubare autem, aut stare, aut sedere positiones non sunt: sed à dictis positionibus denominatiue dicuntur.



Ars illa definitionis aliorum esse indicat. sua parte natura ad aliud refertur ea, que sunt ad aliquid. ueruntamen quia, quedam in communi colloquutione hominum dicuntur per genitiuum, ut pater filij, pater, herus serui, herus: que dam aut per datiuum, equale & quali & quale: alia uero per genitiuum, aut datiuum, ut simili similis, simile, aut simili est simile: alia per accusatiuum, media prepositione ad, ut magnũ ad paruũ: non nulla per ablatiuum absolute, aut medijs quibusdam prepositionibus, ut maius minore maius, quod mouetur à mouente mouetur, ea de causa fuit appositio aliorum uerborum, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur. quidam sunt arbitrati in exemplis que deinde apponuntur, in uolui diuisiones eorum que sunt ad aliquid, quas paulo ante & fecimus & declarauimus, secundũ numerum atq; excessum determinatũ aut indeterminatũ, duplũ sub duplũ, maius aliquo maius, mos magnus ad paruũ: simile quoq; cuiuspiam simile, secundũ unitatem. eorum que sunt mensurabiles ad mensuram in scientia dispositione & habitu, hæc tamen iudicio meo non ita habet neque fuit in animo Aristotelis. ea que illi uoluerunt exemplis appositis illustrare, quia multa congerit, ut dicemus, que re uera non sunt ad aliquid. quamobrem magis

illi mihi placet, qui hanc appositionem exemplorum ea de causa factam fuisse ab Aristo, arbitrantur vt ostendat modum loquendi in assignandis his quæ sunt ad aliquid, aut vt demostret absurda quædam consequi eam definitionem, quæ fuit assignata hisce quæ sunt ad aliquid. quo circa primo quæramus sint ne rectè à Platone explicata ea quæ sunt ad aliquid. Secundo verò an illa omnia, quæ ab Aristotel. recensentur, re vera sint ad aliquid, non desuerunt philosophi qui hanc definitionem, qua, vt communis iam fert opinio, naturam eorum quæ sunt ad aliquid Plato explicauit, probarent, quia nulla dicunt adesse causa ob quam reprehendatur, non enim quod ad aliquid quod definitur in definitione ponatur, nam idem incommodum Aristoteli accidit, qui eodem modo ait: ea sunt ad aliquid, quorum hoc ipsum quod sunt aliorum est esse, vel ad aliquid aliquo alio modo. neque rursus propter verbum illud dicitur, quo Plato aut alij in definiendis hisce quæ sunt ad aliquid utebantur (ob id enim videtur huiusmodi definitio ab Aristotel. repudiari) nam cum sit hæc descriptio atque explicatio solum eorum quæ sunt ad aliquid, iure optimo ex communi colloquutione hominum potuit desumi quod verbo illo dicitur indicatur. Tertio, cum ea de causa peripatetici antea concesserint, absque illo vitio, in definitione vniuocorum, æquiuocorum atque eorum quæ denominatiue prædicantur poni verbum dicuntur & differre casu, quia hic est sermo de rebus, qua ratione per voces significantur, quare non poterit eadem de causa verbum dicuntur nobis inferuire, vt definiamus ea quæ sunt ad aliquid? maxime cum Aristotel. quoties se offert sermo de his quæ sunt ad aliquid, eodem modo loquendi vtatur. lege autorem in capite de qualitate, in quarto libro de locis argumentorum, & in septimo de physica auscultatione, quinimo quod magis mirandum est eodem modo vtatur, in pri-

in primo libro primæ philosophiæ, hæc tamen non obstant quominus definitionem illam traditam à Platone, aut à quouis alio philosopho, cum Aristotele, qui verbum dicitur mutauit in verbum sunt corrigamus: alias enim multa quæ re vera non sunt ad aliquid qualia sunt habitus, virtus atque alia, definiuntur, simul cum hisce quæ sunt ad aliquid, quod etiam contingeret in partibus ipsius substantiæ quemadmodum Aristote. probauit in hoc eodem capite. neque potest aliud in priori definitione mutari. nam illud ad aliquid cum definitur est primum genus huius prædicamenti, cum verò ponitur in definitione, aliam induit rationem. est enim extra omne genus cum ex multorum sententia ad quod ea, quæ sunt ad aliquid definiuntur, possit esse aut absolutum, quemadmodum contingit in tertio genere, aut relatum, quemadmodum sunt ea ad quæ alia relata explicantur. vel si debeat esse necessario relatum sicuti alijs placet. abstrahit à relato rationis, & à relato reali, nam in primo & secundo genere huius prædicamenti terminus est relatum reale, sed in tertio aliquando est rationis, & nequit esse reale. ex quo aliud etiã quod multos male contorquet explicatur, quomodo inquam non sint duo genera eorum quæ sunt ad aliquid, cum omne relatum habeat terminum qui sit eidem par, & æqualis: nam aut non est necessarium quod terminus sit relatus aut quod sit realis. quam obrem à toto genere terminus aut est extra genus. aut nõ debet in categoria eorum quæ sunt ad aliquid collocari. non est difficile satisfacere ijs quæ obijciebantur, cum habeamus apertum locum in hoc capite, in quo Aristo. definitionem Platonis emendauit, non enim est necessarium semper quod loquuntur philosophi omnia ad viuum referent, maxime si in alio loco ex professo quid ipsi senserint declarauerint. quod si natura sua & non ob nostrum modum intelligèdi ad aliud dicuntur, re vera erunt ad aliquid: quomodo forte Aristotel.

Octauum caput.

interpretatur, cum in definitione admittit dici ad aliquid, præstat tamen alia definitio quæ tollit occasionem errandi in hac parte.

ST autem & contrarietas in hisce quæ ad aliquid sunt: virtus namq; vitio contrarium est, quorum utrunq; ad aliquid est: & ignorantia scientia. Non tamē uniuersis contrarietas inest: duplo namq; & dimidio, & similibus contrarium est nihil.



HÆC est secunda pars huius capitis in qua Aristo. declarat ea quæ ex aliorum sententia conuenire possent ijs quæ sunt ad aliquid, conuenit primo quod habeant contraria. quod Aristo. inductione manifestauit. nam virtus & vitium, quorum utrunq; est ad aliquid, sunt contraria: non tamen hoc inest omnibus quia duplo, dimidio, atq; alijs nihil est contrarium. Architas tamē atque alij antiquiores philosophi existimarūt ea quæ in hac categoria collocantur, nō natura sua, sed ex accidenti habere contraria, quia habent ea quibus hæc accidunt. quamobrem Aristo. asseruit proximo capite, quæ sunt ad aliquid non habere contrarium: non enim considerantur uti in subiecto, in quo contraria mutuo se expellant, neque habent vim aliquam qua possint mutuo inter se pugnare, erunt tamen opposita relatiuē de quibus Aristot. disputat in fine huius tractatus, virtus enim & vitium, nō sua natura sed iuxta priorē definitionem quæ ab Arist. ut dixim⁹ iure optimo reprehenditur, sunt ad aliquid. ad eundem modū
de


In prædicamen. Aristo.

116

de sanitate, & morbo, atq; alijs est nobis philosophandum. Quod si nobis obieceris, virtutem esse mediocritatem, sanitatem commensurationem, obeamque rem re vera esse ad aliquid de virtute respondet vel. Eultratus. vel quicumq; fuit ille autor commentariorum, quæ extant in secundum librum moralis philosophiæ quantum ad nos esse mediocritatē, quia non possumus alio modo quàm per mediocritatem affectuū quos virtus regit, eam patefacere. eadem ratio erit de sanitate quemadmodum proximo sequenti capite declarabimus.



Videntur etiam ea quæ sunt ad aliquid & gradus suscipere. ut magis minusve talia sint: simile namq; & magis & minus dicitur simile & dissimile, & æquale & inæquale similiter: quorum utraq; ad aliquid sunt. Quippe cum simile cuidam simile, & dissimile cuidā dissimile, & inæquale cuidā inæquale dicatur. Nō uniuersa tñ hæc subeūt legē duplū. n. nō magis minusve dicitur duplū, neq; quicquā talū vllum.



Eodem modo sunt accipienda ea quæ tradūtur in hac secunda proprietate eorum quæ sunt ad aliquid, quæ præter alia verbo illo dicuntur, quo hanc esse antiquorum sententiā significatur, Aris. declarauit, lege quæ diximus, quærentes an cōueniret substantiæ suscipere gradus, ex quibus verissime, aperteque deprehendes quæ sunt ad aliquid non suscipere magis, aut minus. Quod si nobis obiecias, vnum alio esse alteri

magis æquale. negamus quia æquale est positum in vnitare quæ excludit omnem excessum, atque defectum illius dimensionis, qua illa dicuntur æqualia, quapropter nequit esse magis aut minus æquale: ad eundem modum desimili erit nobis explicandum. vulgitanque opinionem aut modum loquendi sequimur cum dicimus magis aut minus simile magis minus vè æquale: quod ea in quibus relationes existunt, & non habitudines contemplatur. nam quia album admittit magis, aut minus, ideo vulgus hoc idem tribuit similitudini quæ in albo fundatur, non animaduertens rationem illius vnatatis.



Aqui vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea dicuntur quæ conuertuntur: seruus enim heri dicitur serus, et herus serui dicitur herus: & duplus dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium dicitur, & in cæteris simili modo: quàm interdum dictio casu differt. Scientia enim scibilis scientia, & scibile scientia scibile: & sensus sensibilis sensus, & sensibile sensu sensibile dicitur. Verùm interdum conuersio fieri non videbitur, si ad id ad quod dicitur, non accommodate fuerit assignatã sed qui assignat errauerit: veluti si ala auis fuerit assignata, non conuertitur auis alæ: non enim primo accommodate est assignata ala auis: nam non hoc ala ipse dicitur, quo est auis sed quo est ales: complurimùm enim

& aliorum ala sunt, quæ aues non esse constat. Quare si accommodate fuerit assignata, fiet conuersio sane: veluti ala alitis, ala, & ales ala est ales. Atqui interdum & nomen facere necesse est, si positum nomen ad quod accommodata fuerit assignatio non sit: ceu si clauus nauigij assignabitur, non accommodata sit assignatio non enim eo clauus ipsius dicitur, quo nauigium est, sunt enim nauigia, quorum clauus non sunt. Sed forsitan accommodatior assignatio fuerit, si clauus clauati clauus, aut aliquo alio simili modo dicatur, non enim positum nomen est. At qui conuertitur, si accommodata fuerit assignatio: clauatum enim clauo est clauatum. Idem fuerit & in cæteris modis: veluti caput accommodatius fuit assignatum: si capitati caput, quàm si animalis esse dixerimus: non enim eo caput habet, quo animal est: complura namq; animalium capite vacant. Hoc autem pacto facillime quidpiam eorum nomina sumet, quibus nomina posita non sunt, si a propositis primùm vocibus, etiam his imponat nomina, quæ cùm primis conuertuntur: ut in prædictis intueri licet, vbi ab ala ales, & a clauo clauatum assignabatur. Vniuersa igitur ea quæ sunt ad aliquid, si accom-

P s modate

modate quis reddat, ad ea sane dicuntur quæ conuertuntur. Nam si ad quoduis unūquodq, & non ad id ad quod dicitur assignetur, non fit sane conuersio: neq, enim quicquam eorum, quæ sine controuersia ad ea dicuntur quæ conuertuntur, nomenq, habent, conuertitur: si non ad id quod dicitur, sed ad accidentium aliquid assignetur. Veluti si seruus non heri, sed hominis aut bipedis, aut cuiuspiam similis fuerit assignatus, non fuerit sane conuersio: non enim accommodata est assignatio. Præterea si accommodate ad id quod dicitur fuerit assignatum, sublatis quidem cæteris omnibus quæ sunt accidentia, relicto autem eo solo ad quod est assignatum accommodate, ad illud sane dicitur: cum si seruus ad herum dicatur, sublatis quidem cæteris uniuersis quæ accidunt heri, bipede inquam, scientiæ susceptiuo, hoc homine: relicto autem tantummodo heri, seruus ad ipsum semper dicitur: seruus enim heri dicitur seruus. Quod si non accommodate ad id ad quod tandem dicitur, fuerit assignatum, cæteris quidem sublatis, eo uero solo relicto ad quod est assignatum, non ad ipsum sane dicitur. Assignatus enim sit seruus hominis, alaque

auis

auis: atque ab homine herus auferatur, non ad hominem sane seruus dicitur. Nam cum herus non sit, neque seruus est sane. Similiter & ab aui ales auferatur, non ulterius ala profectio ad aliquid erit: si enim ales non sit, neque erit ala cuiusquam. Quare quodque assignetur ad id, ad quod tandem dicitur accommodate, oportet. Atque si sit quidem positum nomen: facilis assignatio fit: sin uero non sit, nomina fortasse ponantur, necesse est. Quod si hoc assignentur modo, ea quæ ad aliquid sunt, uniuersa ad ea sane dicentur quæ conuertuntur, ut patet.



N hac proprietate duo sunt nobis explicanda, vnum quid sit dici ad conuertentiam, alterum uero, ne in reciprocatione decipiamur: qua ratione possimus agnoscere, quādo fiat recte conuersio, quādo uero non, primum ethimologia nominis aliqua ex parte declarat, in qua est considerandum, *αυτισημοφω* & *τεροφω*, redditum ab eodem in idem significare: obeamque rem passim dici uniuersum *αυτισημοφω*: hoc est uerbi aquo, *αυτισημοφω* dicimus in dialectica, cum alterum ad alterū nihilominus conuertitur, quod multis modis accidit: nā & vna propositio in aliā, & syllogismus imperfectus in perfectū, & res quæ se mutuo consequuntur dicuntur conuerti nā & Porp. in ca. de spe. hac eadē uoce fuit usus cū expli- caret naturā eorū quæ predicantur, & Ari. in categoria substantiæ

uerun-

veruntamen adheo est alia conuersio eorum quæ sunt ad aliquid, quæ semper est cum quadam habitudine. homo nanq; de risibili, & risibile de homine etiam conuersim prædicatur, non tamen est inter hæc affectio atque habitudo qualis est in hisce quæ relatiue recipiuntur, cum dicimus pater filij pater, seruus heri seruus. est ergo ad conuertentiam dici idem de seipso, ita altero medio ad quod habet habitudinem prædicari, vt non minus possimus hoc idem in alio facere. ex quibus facile deprehendemus, quod sit vnus cuiusq; terminus, & correlatum ad quod debeat conuerti, siue id fiat eodem, siue etiam diuerso casu: genitiuo inquam, aut ablatiuo aut quouis alio, quod est natura sua dici ad alterum. vt pater filij pater, filius patris filius, scientia scibilis scientia, scibile scientia scibile, assignatio fit iam alio casu estque eadem habitudo, & mutatio tantummodo reperitur. vt in casu. Quod si rogaret aliquis an ea quæ modo diximus, solum conueniant his quæ sunt ad aliquid, an verò in alijs etiam reperiantur? Nam homo humanitate dicitur homo, & humanitas est hominis humanitas, quod ad eundem modum dicitur in omnibus formis & in eis quæ formas habent: est nanque album albedine album, & albedo albi albedo, nisi penuria nominum illud auferat. studiosus enim non est studio studiosus, neque virtus virtuosus est virtus. respondemus, duas condiciones esse necessarias in eo quod est dici ad conuertentiam, sicuti dicuntur ea quæ sunt ad aliquid. prima quòd illa sint æqualia quod Aristoteles innuit quando ait in hoc capite, multorum nanque & aliorum alie sunt, quæ non sunt aues: nam quia non sunt paria, non recipiuntur. secunda, quod sublato vno, propria denominatio alterius tollatur, nam si tollis filium, sublata est & appellatio patris. quod non contingit in albedine & albo, quo sublato adhuc manet albedinis appellatio: de existentia enim non disputamus, ob id nanque quod dicit Aristoteles. con-

uertit

uertit eum alio, sed dicit ad id quod recipitur. qua propter iure optimo greci interpretes affirmarunt, dici ad conuertentiam conuenire solum his omnibus quæ sunt ad aliquid. ex latinis multi hoc idem tribuunt denominatiuis, quemadmodum exempla quæ a nobis fuerunt apposita ex istorum sententia videntur probare. quòd si defuerit nomina licebit nobis iuxta normam aliorum, quæ sunt in vsu alia facere, quemadmodum ab ala est factum alatum, & a capite capitatum. & quia non raro hoc accidit, ex quo posset quis decipi, tradit Aristoteles quoddam præceptum quòd possimus dignoscere vnus cuiusque relatum, & quando fiat recte assignatio, quòd ita habet: quòd sublato eo ad quod conuertebatur etiam si alia omnia permaneant, non fit illa quam diximus, reciprocatio, alijs vero sublatis fit, modo illud permaneat, recte fit assignatio. sublato enim heri etiam si homo atque vniuersa alia permaneant non dicitur ad id quod conuertitur. seruus, nisi herus maneat cunctis alijs sublatis recte dicitur, seruus heri seruus. quare recte assignatur ad herum seruus. & huiusmodi præceptum debet memoria tenere in ijs quæ sunt ad aliquid definiendis ex quibus etiam deprehendes, sermonem nunc esse de ratione, non de existentia rerum. nam si tollas hominem substulisti herum, atq; seruum: non tamen sublato homine tollitur ratio serui aut heri.



T vero ea quæ sunt ad aliquid si
 mul natura esse videntur: atq; in plu-
 ribus quidem vera est hæc sententia
 in quibusdam autem vera non est.
 Simul enim duplum est & dimi-
 dum

dimidium. Et si est dimidium, duplum est. Et contra
 Et si seruus est, herus est etiam, similiter Et in cæte-
 ris. Quin Et mutuo hæc interinuunt sese. Nam
 si duplum non est, dimidium non erit. Et si dimidium
 non est, duplum non erit. Idem est Et in cæteris mo-
 dus, quæ rationis sunt, similis. Non tamē in uni-
 uersis quæ sunt ad aliquid, verum hoc esse uide-
 tur, si in aliqua natura ut sint: scibile namq;
 scientia prius esse videtur. Plerunq; enim rerū quæ
 antea sunt, scientias nos accipimus: in paucis enim
 aut nulla in re prorsus, scientiam fieri quis præterea
 cum scibili simul videbit. Præterea si scibile tolla-
 tur, tollitur Et scientia: scientia uero si tollatur, non
 tollitur scibile. Nam si scibile non sit, scientia non
 est: nullius enim prorsus scientia erit. Scientia uero
 etiam si non sit, scibile esse nil prohibet: quadratio-
 nis enim circuli Et si scibilis est, scientia quidem
 nondum esse videtur: est autem scibilis ipsa. Præte-
 rea animali sublato, scientia quidem animalis non
 erit, cum complura interim quæ scibilia sint ani-
 malium existant. Sic Et in sensu res sese habe-
 re videtur: scibile enim antecedere sensum ui-
 detur: si scibile namq; tollatur, tollitur Et sen-
 sus

sus: at ipsum si sensus auferatur, non tollitur. sen-
 sus enim circa corpus Et in corpore sunt. itaq; sensi-
 bili sublato, corpus e medio tollitur: est enim Et ipsum
 corpus scibile: si corpus uero non sit, etiam sensus
 auferatur. Quare fit ut secum scibile sensum au-
 ferat. At sensus secum scibile non tollit: nam si
 animal tollatur, tollitur quidem sensus, scibile ue-
 ro non tollitur. Est enim scibile corpus: ut calidum
 frigidum: dulce, amarum, Et cætera omnia quæ sunt
 similis generis. Præterea sensus quidem cum sensi-
 tiuo simul emergit: nam una cum animali, Et ipsi
 sensus efficitur. Scibile autem est Et antea quam
 sensus sit ortus: est enim ignis, Et aqua cæteraq; ta-
 lia, e quibus animal constat, Et antea q̄ sit omnino a-
 nimal, aut sensus: quare scibile prius ipso sensu ui-
 debitur esse.



Hoc est aliud proprium, æa quæ sunt ad aliquid
 sunt simul natura. nam cum totum esse unius
 fit ad aliud conuertuntur essendi consequen-
 tia, & neutrum est causa ut sit alterum. nam
 quamuis res quæ est pater causa sit rei, quæ
 est filius: non tamen pater est causa filij, ne
 sit idem causa sui ipsius. nam si pater est causa filij, qui
 necessarius est ad esse patris, esset pater causa patris. quod
 philo.

philosophia non paritur, hoc proprium sola inductione probatur, si est dimidium duplum est & contra: et si est seruus herus est & similiter in cæteris: an esse simul natura conueniat alijs, exponemus in duodecimo capite, vbi Aristoteles exponit modos eius quod est esse simul. vsus fuit verbo videtur, vel quia sic archita Platoni atque alijs antiquioribus philosophis videbatur, vel quia huiusmodi dictio determinationem quandam ipsarum rerum secum afferre, esto solet aliquando in dubijs vsurpari.

Est tamen dubium, an hoc conueniat ijs omnibus quæ sunt ad aliquid: cum quia scibile & scientia non sunt simul natura utpote quod rerum quæ antea sunt scientias accipiamus (in paucis enim aut nulla in re prorsus, scientias fieri simul cum scibili quispiam videbit): tum etiam quia in hisce non reperiuntur ea quæ inesse diximus ijs, quæ erant simul natura. nã si quis tollit scibile, & scientiam substulit, aliàs nanque quod nõ est sciretur, nihil tamen prohibet esse scibile, quando non sit scientia, quemadmodum contingit in quadratura circuli, cuius scientia nondum est adinuenta, cū sit ipsa scibilis. Tertio, sublato animali non manet scientia, quia hæc debet esse in animali, at multa scibilia manent, nam scibilia sunt elementa quibus constat animal, & multa alia. hæc eadem reperiuntur in sensu quemadmodum idem Aristoteles probauit in hoc capite, obijciunt alij secundò, manet pater interempto filio, vel quia nulla est facta mutatio in patre, vel quia plures filios habet quorum vnus duntaxat obijt, ergo non erunt simul natura filius & pater, quibus etiam accedit, patrem ea de causa sic fuisse appellatum quod genuerit alterum, sed non potest non genuisse etiam si omnes filij interierint, ergo nec potuit non esse pater. Tertio, prius, & causa, quatenus sunt huiusmodi ad posterius effectum quæ referuntur, quæ nequeunt esse simul natura cum alijs sicuti illorum nomina, atque ratio

nes

nes declarant: hæc tamen omnia quæ res vniuersa fiat planior, possimus quæ certa ab in certis separare, duabus conclusionibus explicabimus, sit prima, omnia relatiua primi & secundi generis absque vlla contentione sunt simul natura, in inductione primo cum Aristoteles probamus. Secundo, ex tertia proprietate in qua explicui proprietates eorum quæ relatiue recipiuntur, quæ necessario ostendunt, ea esse simul natura quæ sunt ad aliquid. Tertio, si contingeret in relatis, ut vnum esset prius alio eueniret profecto cum priori non repugnet esse absque posteriori, ut totum factum esse non esset ad aliud, quod est contra naturam & definitionem eorum quæ sunt ad aliquid: quamobrem in vniuersum conuenit eis, quæ in primo & secundo genere continentur, ut sint simul natura. De tertio genere est peculiaris dubitatio, quia ex sententia multorum alterum extremum non est relatum, ob eam quæ rem non est simul natura cum alio, quod mihi iuxta verba Aristotelis in prima philosophia sit magis probabile. quæ propter in hoc loco non adhibuit responsum, his argumentis quæ à scientia, & scibili, sensu, & sensibili summebantur: alij autem, qui magnam fidem habent in Aristoteles, arbitrantur, terminum necessario debere esse relatum, sed in tertio genere vnum esse reale, alterum verò rationis tantum, quod extrinseca denominatione, & non reali relatione, quæ sit in ipso dicitur: relatiuum reale habet tamen realem aptitudinem ratione cuius per intellectum illi possit adesse relatio, quamobrem huiusmodi relatiua differunt ab alijs. Ille Caietanum in articulo nono, decimæ tertiæ quæstionis primæ partis, ex quibus intelliges quomodo secundum varias philosophorum sententias hoc proprium quod est, esse simul natura, tribuatur his quæ in tertio genere sunt ad aliquid. nam Thomas & Caietanus dicerent, simul esse natura si vtrunque eodem modo sumatur, nam quando actu est sen-

Q sus,

sus, & sensibile debet esse actum, & quando intelligibile est &
 intellectus, ad eundem modum res se habet in scientia & sci-
 bili, atque alijs. si vero sit potentia eodem quoque pacto
 est philosophandum, si vero vnum sumas potentia, alterum
 vero actu non est mirum, si vnum prius altero esse videatur
 quo pacto dicunt Aristotel. hoc in loco fuisse argumen-
 tum, alijs vero ne hoc reprehendant in Aristotel. & quia ab-
 solutum faciunt scibile, atque huiusmodi alia, qua ratione
 sunt mensura ipsius esse, & non quantitatis, nihil mirum si
 prius sensibile, intelligibile quam eorum relata esse confi-
 teantur: est tamen vltimus considerandum sensibile qua ra-
 tione mouet sensum esse in hisce que in secundo genere sunt
 ad aliquid, qua propter superest iam argumentis que paulo
 ante fecimus respondeamus, habes responsum ex eis, que
 diximus ad ea que in primo argumento inuoluebatur, que
 alio in loco fortasse fusius explicabimus. In secundo argu-
 mento est aduertendum quod pater per se ad filium refer-
 tur, & quod ipsi accidit quod sint plures filij ad quos re-
 feratur, quo circa nihil mirum, si non sit simul natura cum o-
 mnibus, quia non est correlatiuum tot filiorum per se, sed
 per accidens, alias enim tot filios haberent singuli patres.
 hanc etiam sit vt mortuo vno filio, adhuc permaneat pater?
 nec est necessarium sit facta mutatio in patre, quemadmo-
 dum in principio huius disputationis, diximus, explicantes
 esse reale eorum que sunt ad aliquid: eodem enim modo pos-
 sunt definire, quod esse adquisierunt, neque exponemus mo-
 do an necessario debeat fieri in vtroque extremo multipli-
 catio, liceat soleat a quibusdam hoc in loco id explicari, ad
 aliud vero respondent, quando verum est dicere Petrum ge-
 nui esse, verum etiam esse affirmare Paulum genitum fuisse,
 & sic non erit vnum absque alio. Quod si obijcias nar-
 sus verum esse enuntiare de Petro, qui genuit, existere,
 quan-

quando sit falsum de Paulo, quem ab eodem genitum pone-
 bamus. communis & vera philosophorum, & multorum
 theologorum sententia in hac parte habet, esse existentia
 non esse proprium relatiuum, bene tamen esse quod di-
 cunt essentia. qua propter addunt nonnulli, in quo est dubita-
 tio, non esse necessarium vt simul existant ea que sunt ad a-
 liquid, imò potest vnum in actu concepto esse, quando non
 sit aliud, quod licet in hoc argumento magnopere sit confi-
 derandum, mihi in omnibus non sit probabile. in his ma-
 xime que in primo genere collocantur, nam cui esset que
 so Plato similis si nullus alius existeret, qui haberet eandem
 vnitatem qualitatis? Scotus tamen vir acutissimus in hoc
 loco, & Caietanus de ente & essentia, & in prima parte
 illud quod paulo antea dixi mihi videntur insinuare, &
 forte est verum in nonnullis eorum, que sunt ad aliquid ve-
 luti in hisce, que dicunt aptitudinem & non actum. Sco-
 tus tamen huic argumento respondens, non timet conce-
 dere patrem existere, quando filius non existat: melius ta-
 men Symplius, qui affirmat, mortuo filio patrem amit-
 tere habitudinis existentiam, licet maneat existentia sub-
 stantia, Petri inquam, aut Pauli. dici tamen patrem se-
 cundum relationem ad id quando viuebat: ad aliud que
 habent relationes prioris, & causa prius esse poterunt.
 sunt tamen simul natura habitudines, & relationes eorum
 quod est diligenter animaduertendum ne in ratione prioris
 & posterioris fallaris propter subiectum quod denominatur
 ab his affectionibus.

Q. 2 Existit

Existit autem hoc loco dubitatio quædam, utrum nulla substantia dicatur ad aliquid quemadmodum videtur: an hoc in aliquibus substantijs secundis contingat: in primis namque substantijs verum est. Nam neque tota neque partes ad aliquid sane dicuntur: quidam enim homo non dicitur cuiusdam quidam homo, neque quidam equus cuiusdam quidam equus. Et itidem in partibus, quædam enim manus non cuiusdam quædam manus, sed cuiusdam dicitur manus: et quoddam caput, non cuiusdam quoddam caput, sed cuiusdam dicitur caput. Eadem et in pluribus secundis substantijs dici possunt: homo namque non cuiusdam dicitur homo, nec equus alicuius dicitur equus, nec lignum alicuius dicitur lignum, sed alicuius possessio dicitur. Talis igitur patet non ad aliquid esse. In quibusdam autem secundarum substantiarum est dubitatio: caput enim alicuius dicitur caput, et manus alicuius dicitur manus, et unumquodque tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid esse.

Si igitur eorum quæ sunt ad aliquid, definitio est assignata, aut omnino est difficile aut impossibile nullam substantiam


substantiam ad aliquid esse ostendere: sin vero non sufficienter est assignata, sed ea sunt ad aliquid, quorum esse idem est ei quod est ad aliquid aliquo modo sese habere, fortasse ad hæc aliquid dici potest.

Prior autem definitio sequitur quidem ea quæ sunt ad aliquid, omnia: non tamen idem est, propterea quod ipsorum ad aliquid esse, est id quod sunt aliorum esse dici. Ex his igitur patet, si quispiam aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid, definite scit, simul id quod ad illud dicitur definite sciet. Hoc autem patet quidem ex his ipsis. Nam si scit quispiam hoc aliquid esse, est autem eorum quæ sunt ad aliquid esse, idem ei quod est ad aliquid aliquo modo sese habere: et illud profecto sciet, ad quod hoc aliquo modo se habet. Si enim nescit omnino id, ad quod hoc aliquo modo se habet, neque si ad aliquid hoc modo se habet sciet. Patet autem et ex singulis: nam si quispiam hoc scit definite duplum esse, et id cuius duplum est continuo definite sciet. Nam si nullus definite duplum scit illud esse, neque si est duplum omnino scit: similiter et hoc si scit præstabilius esse, et quo præstabilius est definite ob hæc eadem ipsum scire necesse est. Nec in definite sciet, hoc præstabilius esse deteriore: hæc enim

Octauum caput.

*opinatio est, non scientia. Non enim exacte iam de
teriore præstabilius esse sciet: nam si forte sic accidat
nihil est deterius ipso. Quare patet necessarium esse
ut quicquid eorum quæ sunt ad aliquid quispiã defi-
nite sciat, & id itidem ad quod illud dicitur ut sciat.*

*Fit autem ut caput & manus, & quæcumq; ta-
lium quæ substantia sunt, id quod est ipsum definite
sciatur: at non fit necessario, ut id ad quod definite
sciatur. Cuius enim hoc caput, aut cuius est manus
non fit ut definite sciatur. Quare hæc nõ ad aliquid
erunt. Quod si hæc non sunt ad aliquid, vere dice-
re licet nullam substantiam ad aliquid esse. Diffici-
le autem est fortasse, de talibus vehementer asserere
eum, qui non per sæpe cogitationem in his posuerit
circa tamen unumquodq; ipsorum nõ est inutile du-
bitasse.*



HÆC est postrema pars huius capituli in
qua propter autoritatem antiquorũ phi-
losophorum, & Platonis maxime, à quo
assignatam fuisse ferunt primam illã de-
finitionem eorum, quæ sunt ad aliquid,
querit: Arist. occasione qua possit absq;
alicuius iniuria ostendere non fuisse ve-
rè explicata eaque per se sunt ad aliquid, ad eamq; rem per-
cõtat, an aliqua substantia sint eorum quæ sunt ad aliquid
nam

In Prædicamen. Aristote.

124

nam licet in primis substantijs apertissimè appareat nullam
earum esse ad aliquid, cū quidã homo non sit cuiusdam quidã
homo: nec quidam equus sit cuiusdam quidã equus licet sit cu-
iusdam possessio, nec quædam manus sit cuiusdam quædam ma-
nus. atq; ad eundem modum hoc idẽ eluceret in quibusdã fe-
cundis substantijs, nõ homo non est cuiusdam homo quæ pro-
batio sumpta est ex eo, quod est dici ad cõuertentiã in alijs tñ
est dubitatio nõ caput alicuius dicitur caput, & manus alicui-
us dicitur manus. huic dubio respõdet Arist. corrigendã esse
priorẽ definitionẽ, quæ nõ tm̃ fere omnia accidẽtia, sed & sub-
stantiarũ aliquas facit ad aliquid. definiendumq;, ea esse ad a-
liquid, quorũ esse idem est ei quod est ad aliquid aliquo mo-
do se habere. quomodo nec manus nec caput erũt ad aliquid.
Duo tamen erunt nobis in hac parte explicanda, vnum, quo
modo secundũ priorẽ illam definitionem manus & ca-
put, atque aliæ partes secundarum substantiarum videantur
esse ad aliquid, & quomodo secunda hac definitione ex-
cludantur. alterum quænam sit causa propter quam hoc
eluceat magis in partibus secundarum substantiarum, quam
in alijs quæ sunt primæ substantiæ quemadmodum Aristoteli
arbitratur. primum non est difficile si repetamus verba
quæ in illa definitione erant posita: ad aliquid ea dicuntur
quæ id quod sunt aliorum esse dicuntur. id verò quod est
manus, aut caput, & alia, quæ sunt huiusmodi, cuiusdam
esse dicuntur, non tamen esse manus aut capitis est idem
esse ei, quod est ad aliquid aliquo modo se habere. quam
obrem prior definitio in plus est quàm definitum: siqui-
dem quadrat per omnia partibus secundarum substantia-
rum, quæ cum sint substantiæ nequeunt esse ad aliquid. hæc
tamen non comprehendit definitio altera, quemadmo-
dum Aristoteli paulo inferius ostendendo quæ conse-
quantur æa quæ sunt ad aliquid, probauit. nam æa quæ

Q 4 sunt

Octauum caput

sunt. ad aliquid, illud internè comitantur vt non possit v-
num definite cognosci absque hoc quod definite cognosca-
tur alterum. nequit nan que habitudo definite cognosci abs-
que eo quod illud definite cognoscatur, quod eam habitudi-
nem complet, sicuti Arif. probat in hoc cap. nam si scit defini-
tè esse duplū, & id cuius duplum est definitè etiā sciet. nam si
indefinite cognoscat, erit suspicio & non certa cognitio. par-
tes autem substātiæ agnoscuntur absq; alio, nā cooperto cor-
pore, definite cognoscitur hoc caput, & hęc manus: ergo nō
sunt ad aliquid. & sicut se habent singulares partes substātię,
ad eundem modum de communibus, quę quodammodo sunt
superiores, erit philosophandum vt intelligas modum quo
Aristo. probauit ex partibus primæ substātiæ, partes secun-
darum substātiarum, in quibus erat dubitatio, non esse ad ali-
quid. minus aut videntur, partes primę substātiæ esse ad ali-
quid, quia ineptè fieret reciprocatio cuiusdam manus est cui-
usdam manus: hęc enim duo idē inuoluūt, quædā manus, &
cuiusdam manus. quamobrem idem valēt quędam manus cu-
iusdam quędam manus: & cuiusdam, cuiusdam manus quod
est inepta reciprocatio, nec est sermo de capite, quatenus po-
test a nobis vt pars considerari nā tunc temporis & caput &
hoc caput sunt ad aliquid.

Quomodo debent definiri ea quę sunt ad aliquid, abunde
satis in cap. de specie disputauimus. habebis tamen ex eis quę
in tertio genere diximus, an necessario alterum ad quod defi-
nitur debeat esse relatum, an vero possit aliquando contingere
vt sit absolutum, atq; ad id definiatur. aduerte deinde dili-
genter ex postremis verbis huius cap. quam sint difficilia ea
que inuoluuntur in disputatione eorū quę sunt ad aliquid. ne
graueris veniam dare si minus bene a nobis fuerint pertra-
ctata, cognoscasq; ingenium, atq; modestiam Ari. qua suum
præceptorem reprobat in hac parte, vt tu ipse etiam intelli-
gas

In prædicam. Aristotelis.

gas quibus verbis sit agendum cū philosophis antiquioribus
quos habemus præceptores, & quanta cum modestia sint re-
probandi.

Ad aliquid vel habitudo ad aliud secundum
suum esse naturale.

| Secundum nu- merum. | Secundum po- tentiam. | Secundum men- suram. |
|--|--|--|
| Secundū numerū Vel secundū ex- cesum & defe- ctum. | Secundū uni- tatem nā hæc ad numerū attinet. | Secundū potētiam. |
| Secundū excessum & defectum. | Vel in determina- tū, ut multiplex sub multiplex. | Secundū mē- suram scien- tia scibile, sen- sus sensibile, imago imagi- natum. |
| Vel determi- natum. | Vel in determina- tū, ut multiplex sub multiplex. | Secundū mē- suram scien- tia scibile, sen- sus sensibile, imago imagi- natum. |
| Determina- tum. | Vel in determina- tū, ut multiplex sub multiplex. | Secundū mē- suram scien- tia scibile, sen- sus sensibile, imago imagi- natum. |
| Vel aliquoties ipsum continent ut duplum, sub- duplum, tri- plum, quadru- plum. | Vel ipsū & par- tem, aut partes cōtinēs. hic sūt plu- res pportiones mathematicorū, ut sex qui altera sex quitercia. | Secundū mē- suram scien- tia scibile, sen- sus sensibile, imago imagi- natum. |
| Hic ponuntur istorum omnium singularia. | Hic ponūt isto- rum omnium singularia. | Hic ponunt horum sin- gularia. |

De qualitate & quali.



N hoc capite, quod est de qualitate & quali, de ordine & inscriptione erit nobis ante alia explicandum. deinde facta eius diuisione, interpretabimur singulas partes, de ordine aut per exigua, aut nulla prorsus relicta est ex superioribus dubitatio, cum plures fuerint rationes, & causæ, quæ nos coegerint, vt ea quæ sunt ad aliquid ponemus ante qualitatem fuit tamen magna decertatio de inscriptione eius capitis, deberet ne inscribi de qualitate & quali, cum nihil horum in alijs categorijs legamus, an verò de qualitate duntaxat, aut de quali? quidam incuria typographorum factum fuisse arbitratur, vt legamus de qualitate & quali. Alij verò sentiunt sic fuisse ab Aristoteli inscriptum, ad explicandum vsus vtriusque nominis, qualitatis inquam & qualis. dicunt namq; in hoc genere hoc esse peculiare, vt albedo, & qualitas, & quale dicitur. mihi tamen istorum sententiæ non placet, ne aut quoties ratio non suppetit, liberum sit vnicuiq; liberos culpæ aut illud tantum tribuamus qualitati quod multo vsitatus, ac verius reperitur in quantitate, est namque linea longitudo, ac longa, quemadmodum à nobis fuit declaratum in capite de quantitate. Quamobrem aliud ego crederem fuisse causam, propter quam inscriptum fuit hoc caput de qualitate & quali: quod tribuat quædam Aristoteli, ijs que in hac categoria collocantur, quale est suscipere magis & minus quæ nequeunt explicari commode absq; cognitione qualitatis et qualis, propter antiquos philosophos, qui dubitarunt habitus ne intentione susciperet & remissionem, an verò illi duntaxat qui ab eisdem

dem quales nuncupantur: quorū gratia disputabit de qualitate & quali. fortè potuit esse alia causa, propter quā, vt alij volunt, dictum fuerit de qualitate & quali. vt omnibus, propter quale, quod vsu fuerat receptissimum, apud eos etiam qui non recipiebant nomen qualitatis, familiarior fieret disputatio, quæ fortè qualitatis nomine non exciperetur ita placide.

Securabimus vniuersum caput in quinque partes: in prima differemus de natura & finitione qualitatis. In secunda omnes illius formas atque species, quæ poterimus fide, atque diligentia connumerabimus. In tertia erit disputatio de quali. In quarta verò de proprijs affectionibus, quæ conueniunt aut qualitati, aut quali. In quinta & postrema quæ non minus habet utilitatis quam difficultatis satisfaciemus cuidam in cómodo quod sibi obijcit Aristoteli, quod bonam partem huius tractationis categoriarum illustrabit.

De quali, & qualitate

Qualitatem verò dico, quæ quales quidam dicuntur.

MAEC est explicatio aut descriptio qualitatis: qualitatem dico, quæ quales quidam esse dicuntur. Reprehenditur tamen in hac parte Aristotelis. primo quod absque vlla prorsus distinctione multiplicis, definierit qualitatem: secundo quod eum qui vult scire qualitatem doceat per quale, deinde verò in cognitione qualis iterum reuocet ad qualitatem: videtur. n. vitium indefinendo admittere quod

Nonum Caput

quod ipse in alijs acriter carpit. nam si qualitas definitur per quale, & hoc rursus per qualitatem: fiet ut qualitas definiatur per qualitatem. tertio illi etiam dicuntur quales quibus nulla inest qualitas, ut pugilatiuus cursiuus, ut sic loquamur dicuntur quales, non tamen apparet qualitas à qua illud habeant. ob quas causas definitio non erit bene assignata. erit deinde nobis explicandum, qualis nam sit hæc definitio qualitatis, quod Plotinus atque alij ex veteribus dubitarunt. Possemus postremo eundem Aristotelem, qui definiuit rogare, nū posset nobis licere ad eundem modum quantitatem definiri, est qua quidam dicuntur quanti, an verò huius sit aliqua peculiaris causa? hæc si à nobis semel fuerint euoluta, apertissimè manifestabunt, recte ab Aristotele. fuisse explicatam qualitatem, à cuius ratione nobis est inchoandum. cum igitur genera prima definitiones per diuisionem non habeant, quæ ex partibus essentialibus conficiantur, debent à nobis aut per propria, aut per communem colloquutionem hominum, aut ex hisce quæ facile aut cognoscimus, aut recipimus explicari, quod Arist. fecit in hoc capite: nam cum qualitatis nomen nondum bene ab omnibus reciperetur, quemadmodum Symplicius in hoc eodem loco de heretiorum secta testatur, voluit Aristotel. eam explanare per quale. utpote quod licet natura sua esset posterius cum sit participatione qualitatis, notius tamè esset omnibus, & familiarius, quemadmodum diximus declarantes inscriptionem huius capituli. neque solum ex ipso dici declarauit qualitatem abq; vlla mentione illius essentia, atque substantia licet illud tractatione categoriarum concedatur. sed etiam naturam illius licet à posterioribus quia non erant priora, vel ab eis quæ simul sunt cū ipsa acutissimè attigit, est enim esse ipsius qualitatis quatenus participatur & perficitur quale, quemadmodum de habitu qui natura sua est noster, idem Aristot. affirmavit. Exponamus secundo significationes quali

In prædicant Aristotelis


127

qualitatis ut commodius ad alia progrediamur. dicitur vno modo qualitas differentia substantia, quales sunt sensitiuum & rationale, quæ ob eam rem in quale quid prædicantur, uti in capite de substantia factis copiose declarauimus, quod significant qualitatem substantialem ad quem modum debent iuxta Alexandram reduci omnes differentia essentialis quanti atque aliarum categoriarum, (sunt enim omnes differentia substantiales, & in quale quid prædicantur). Alio modo qualitas significat affectionem substantia, qua a liquo alio modo ad motum attinent, ad hos enim modos reducit Aristotel. in prima philosophia omnes intellectus qualitatis, virtus namque atque vitium operationis differentiam significat, per bene aut male, quemadmodum in specierum enumeratione explanabimus, nam, aut recte, aut perperam profuis virtutibus atque potentijs, aut agunt, aut prædicantur substantia, & hæc est germana intelligentia qualitatis quatenus ad hanc categoriam attinet, ex quibus facillimè omnia argumenta explicantur, non enim distinxit prius, vocem in significata, quia inuoluunt quædam difficilia explicatu, quemadmodum constat de eis quæ Aristot. docuit in prima philosophia in capite de qualitate, enim de causa in superioribus diximus prætermisisse Aristotel. significationes atque intellectus substantia, neq; secundo admittitur vitium priora posterioribus explicando, quæ rursus comparata (prout nature nostræ conuenit) aliqua cognitione possunt, per priora explanari, hoc enim modo consensus omnium philosophorum absque vllò incommodo demonstratio quia & propter quid se habent, nam ex affectionibus causas inuestigamus, & rursus habita cognitione causa ad eosdem affectus agnoscendos delabimur, neque quod fecisti per quale potuisses efficere per qualitatem, quia neque est seipsa notior, neq; potest sui ipsius naturam, quæ in participatione est posita declarare, quemad-

mo-

modum efficiat quale. Habes etiam ex hisce, que diximus, ref-
ponsum quod Plotinus rogavit, est enim hæc descriptio & ex-
plicatio quedam ipsius qualitatis per posteriora, que nobis
sunt magis nota & magis familiaria, attingit tamen naturã
atq; essentiã ipsius qualitatis. Quarto argumento idẽ Ari-
respondet in disputatione de quali sunt nanq; propriẽ illorũ
que obijciebas qualitates, licet sint nobis innominate, neq;
eodẽ modo potuit quantitas, aut quodvis aliud genus explica-
ri, cũ suas habeant essentiã, que nõ sunt posite in participa-
tione, quemadmodũ in qualitate accidit: nam quantitatis est
habere partes: corũ verò que sunt ad aliquid, totũ suũ esse est
ad aliud esse. missam faciamus in hoc loco sententiã nomina-
litum, ne dum de quouis sumus solliciti, habeamur stulti.

Est autem qualitas ex hisce, que multis mo-
dis dicuntur. Atq; una quidem species qualita-
tis, habitus dispositioq; vocetur.



Explicata natura atque essentialia qualita-
tis (quatenus in primo genere fieri potuit)
enumerat Aristote. partes subiectivas, hoc
est species, quas habet qualitas, que sunt
numero quatuor. nam vna species habitus
& dispositio vocatur: altera naturalis potẽ-
tia aut impotentia: tertia passio atq; passi-
bilis qualitas: quarta & postrema figura & ea que circa vnũ
quodq; est forma, que omnia à nobis sunt illustrada: prius tñ
rogabimus, dicatur ne equiuocẽ qualitas propterea qd mul-
tis modis ea etiã ratione qua est huius categoriẽ genus dica-
tur, respõdemus eodẽ modo hæc verba esse accipiẽda, quo ac-
cipiuntur illa que scripta fuerũt ab Arist. in 7. lib. de physica
auf-

cultatione, in genere latent multa. Vnde Porphy. in 4. capi-
differentiam explicabat. differentia est qua separat ea que
sunt sub eodẽ genere. quod quidem neque logicã equieationẽ
facit: neque auferit rationem generis: nam in hoc loco Ari. ha-
bitũ atq; dispositionẽ species qualitatis & in physicis illud in
quo multa hoc modo latent genus vocauit.

Est tñ maius dubiũ à quo philosophi nõ eodẽ modo se ex-
pediũt, sint ne plures, aut pauciores species qualitatis, & quo
modo istarũ differentias & numerũ certa ratione habeamus: nã
in hoc eodẽ cap. idẽ Arist. assentit, forte igitur alius vnq; vide-
bitur modus qualitatis, sed q; maxime dicuntur forte tot sunt, quo
in loco. Symp. ait atq; melius est dicẽdũ quod secũdũ verita-
tẽ sunt alij modi etiã, huius Arist. tradit in metaphisica tanq;
in perfectiore facultate. & Porphy. in hoc eodẽ loco rogatus
fateretur hæc prædicamẽtorũ tractationẽ esse elementalẽ, ad in-
troducẽdos auditores, fortã etq; esse alias species qualitatis,
quas in libris *meta. & physica*, hoc est, post naturalia scripsit illis
qui iam essent instructi, inquit, quales sunt, subtile, crassũ,
graue atq; leue que in tenebris que in hac categoria recensentur
nõ possunt numerari. altera ex parte idẽ etiã Arist. est au-
tor qui in prima philosophia naturalẽ potẽtiani nõn compre-
hendit: sub qualitate, neq; in hoc capite diuersas differentias
assignat: habitus & dispositionis, passionis atque passibilis
qualitatis, quin imò in vtriusque est eadem, permanere in quã
aut nõ permanere, difficile remoueri, aut facile. Ad hæc etiã
quarta species, nihil circa nõtum, aut actiones facit: quã ob rẽ
si verẽ natura qualitatis à nobis fuit explicata, quãta species
non potest ordinari sub qualitate, idẽ iudicium est de quali-
tatibus ipsius anime, sed tñ hæc nõ impediũt quominius dica-
mus Aristotelem bene in hoc capite diuisisse qualitatem in
species, quas habet, licet modo sic, modò aliter ab interpretib;
exponantur. nam Symplic. facit qualitates quasdam aduenti-
tias

tias, alias verò naturales, illæ sunt dispositiones & habitus, hæc vero aut sunt secundum potentiam, & est secunda species qualitatis, aut secundum actum, qui si fuerit in profundum est tertia species: si vero in superficie est quarta species qualitatis, non tamen intuetur. Simpliciter sanitate esse qualitatem naturalem, formam præterea & pulchritudinem quæ speciem comitantur, & tamen collocari in prima specie qualitatis.

Ammo. probat aliter, nam qualitas aut est secundum potentiam & impotentiam, ut puer est potens, equus verò impotens ad recipiendam grammaticam, & constituitur secunda species qualitatis: aut secundum actum & hoc quidem modo aut perfectiua est & deprauatiua subiecti, aut nihil horum habet: si perficiat aut lædat subiectum absque passione aliqua in sensu est prima species qualitatis, si minus est passio & passibilis qualitas: si neutrum habeat est figura & forma: quæ sunt quarta species qualitatis. diuus Thomas in secundo articulo questionis quadragesimæ nonæ primæ secundæ, explicata natura atque essentia qualitatis, alio modo colligit hunc quaternarium numerum specierum, quæ sub ea collocantur. qualitas inquit proprie importat quandam modum substantiæ, modus autem, ut Augustinus dicit super Genesim ad litteram, est quem mensura præfigit, unde importat quandam determinationem potentie ipsius rei, quem admodum Dominicus Soto interpretatur quæ si fuerit secundum mensuram substantiæ est differentia quæ in quale quid prædicatur, si verò secundum esse accidentale determinet aliquod esse, aut potentiam subiecti, est qualitas, quæ ad hanc categoriam attinet: hoc autem esse quatuor duntaxat modis potest determinari aut secundum quantitatem quam habet & est forma & figura & quarta species qualitatis, aut secundum actionem in qua, aut est principium, aut terminus illud quod determinatur: si fuerit principium est naturalis potetia & im-

& impotentia, & secunda species qualitatis: si verò terminus erit passio & passibilis qualitas: si vero illa determinatio fuerit quo ad esse erit dispositio, aut habitus quæ sunt prima species qualitatis: neque est alius modus quo possimus mente concipere subiectum substantiale determinari ab aliqua qualitate.

Ego verò ex Aristotele in prima philosophia, & in septimo libro de physica, auscultatione atque in quarto libro Meteororum, in quibus meminit Aristotele eorum quæ pertinet ad has quatuor species qualitatis, tentabo, quod quærimus atque vniuersum caput interpretari. accipiamus ergo ex communi colloquatione hominum quod in vniuersum conuenit omni qualitati, ut secundum eam substantiæ dicantur quales quod aut ad substantiam conferret, aut ad actionem passionemve substantiæ. si ad substantiam, aut secundum esse naturale, aut artificiale & quod sumitur à quantitate. si secundum esse naturale, aut huic oppositum in determinando contulerit, faciet primum genus subalternum hoc est dispositionem aut habitum, quæ deinde per suas differentias secantur, nam in hoc genere sunt sanitas, atque morbus, vitia, scientiæ omnes, & artes, quæ ob hanc causam, quia conducunt ad esse naturale, fiunt similia: ab Aristotele in septimo libro physicorum ortui rerum atque earum interitui, & partibus, quæ dant esse domui, nam vnaqueque forma, ut est autor Simplicius, secundum naturam non solum completur perfectio ne propriarum partium, sed etiam propria virtute, nam corpus ægrotans non est perfectum secundum vniuersum esse naturale quod eidem debetur etiam si habeat omnes corporeas partes, quia non potest exercere omnes actiones naturales. ad eundem modum & anima quando eo, quod est secundum naturam, priuatur est similis mortuo, quod nequit operari. Quod si nobis obijcias, hanc rationem efficere ut natura-

lis potentia & impotentia ponantur in prima specie qualita-
tis, quia sunt facultates quæ secundum perfectum esse nature
conueniunt rebus animatis, atque inanimis: negamus, primo
quia natura huiusmodi potentias non ad esse sed ad actionem
potius ordinauit: dispositionem uero atque habitum ad esse,
vel in ordine ad se, vel in ordine ad alterum. illud fiet tempe-
rantia hoc uero iustitia atque alij. Quod si nobis obijcias se-
cundo, habitum etiam conferre ad actionem, & hoc esse aut
omnibus aut saltem quibusdam habitibus essenziale, quem-
admodum elucet in prudentia in arte pratica, atque in alijs
virtutibus moralibus. respondemus ex diuo Thoma in arti-
culo tertio questionis nonagesime nonæ. primæ secundæ, (li-
cet alij contrarij sint arbitrati) duobus modis posse conueni-
re habitui habere ordinem ad actum: aut secundum rationem
habitus, aut secundum rationem subiecti in quo est habitus:
primo illo modo, omnis habitus cum adsit naturæ, secun-
dum quod conuenit aut non conuenit, secundum esse & ac-
tionem, habet aliquo modo ordinem ad actum: mediate ta-
men quatenus omne esse, quod primo natura sua respiciunt ha-
bitus, est propter operari, quemadmodum Aristotel. declara-
uit in secundo libro de anima. ostendi tamen potest ut ratione
subiecti qui est secundus modus, habitus primo & principa-
liter importet ordinem ad actum, quando natura ad quam
ordinatu habitus primo & per se est posita in ordine ad ac-
tum, quales sunt habitus, qui primo sunt in potentijs ani-
mæ. Ad hæc etiam secundo in octauo capite primi libri ma-
gnorum moralium Aristote. aperissime explicauit, quomodo
inter se differant potentie, passionis & habitus. affectus
inquit igitur sunt, ira, metus, odium, cupido, miseratio: ta-
lia comitari conueniunt aegritudo & voluptas. potentie
autem quibus affici dicimus, nempe unde possumus scandel-
lere, & grescere, miserescere & alia huiusmodi. ac habitus sunt
vnde

vnde erga hæc habemus bene vel male. & hæc est ratione pri-
mæ speciei qualitatis. Si uero faceret quale, hoc est, determi-
natum secundum esse accidentale aut quantitatis, erit quar-
ta species, in qua sunt omnes figuræ mathematicorum, & o-
mnia quæ fiunt arte, quæ quodammodo ad esse attinent, ut
in. 7. physicorum explicatur. Si uero contulerint ad actionem
aut illud efficiunt secundum naturalem aptitudinem, eritque
secunda species, aut subalternum genus qualitatis, in quo po-
nuntur potentie omnes, atque impotentie naturales. si uero di-
cant ordinem ad passionem, cuius sunt causa aut effectus, cõ-
ficiunt tertium genus qualitatis, in quo sunt illa omnia ad quæ
per se alteratio terminatur, quemadmodum multis Aristote.
probat in septimo libro de auscultatione naturali, nosque co-
piosius in suis locis declarabimus. argumenta autem quæ in
principio fecimus, nullam vim habent: est namque ille modus
loquendi familiaris philosophis, vel fortè innuit alia quæ
sub his quatuor speciebus collocantur. naturalis potentia, atque
impotentia, non declaratur in prima philosophia inter qua-
litates, quia paulo ante fuerant ab eodem Aristotele explica-
ta, neque in physica auscultatione numerantur inter qualita-
tes, quia notum est generatione fieri, & non alteratione, de
qua disputat Aristo. in ea parte. quo autem modo alia sint dif-
ferentia habitus & dispositionis, passionis atque passibilis
qualitatis, in tertia specie explanabimus. hinc etiam apparet
ratio totius ordinis atque dispositionis istarum quatuor spe-
cierum qualitatis: est namque in primo loco illa qualitas quæ
ad naturam atque esse attinet: in secundo uero aptitudo, siue
potentia naturalis, quæ ex ipsa substantia ueluti principium
operationis nascitur: in tertio autem illæ quæ non habentur
generatione, sed alteratione duntaxat: in quarto & po-
stremo quæ pertinent ad esse accidentale ab arte, aut ex quan-
titate.

Quod si roget aliquis, cur potius quarta species pertineat ad esse, quam tertia, cum non minus caliditas faciat calidum, quam forma artificiale. Præterea cur naturalis potentia, cum sit prior utpotequæ à natura nascatur, primum locum non occupauerit? Respondemus ex Aristotele in tertio capite septimi libri de physica auscultatione, tertiam speciem non pertinere ad esse, quia qualitas tertiæ speciei, quando in subiecto recipitur, non mutat nomen quemadmodum facit forma, quæ est in quarta specie qualitatis, non namque recepta forma, æs vocatur, sed statua, aut imago dicitur tamen æs, esto sit factum calidum. Sanitas præterea prior est quacunque naturali potentia, licet aliqui habitus sint posteriores potentia naturali, ex quibus habes, cur quarta species dicatur pertinere ad esse, & cur ante naturalem potentiam ponatur habitus.



Differt autem habitus à dispositione: nam magis permanet, atque diuturnior est.

Tales sunt ipsæ scientiæ & virtutes.


Scientiæ namque ex eorum numero videtur esse, quæ permanent, & cum difficultate dimouentur: etiamsi quispiam mediocriter scientiam acquirat, nisi magna mutatio vel à morbo vel à re quapiam alia sensibilibus fiat: similiter & virtus, ut iustitia, temperantia, & quæcumque tales, haud facile dimoueri mutariue videntur. Dispositiones autem ea sunt, quæ faciliter dimoueri mutarique possunt ut caliditas, frigiditas, morbus, & quæ sunt hisce similia.

Nam

Nam bis ipsis homo aliquo modo disponitur, & facile quoque mutatur, ex calido frigidum subiens, & ex valetudine morbum: & in cæteris etiam simili modo. Nisi & harum ipsarum aliqua ob diuturnitatem versa iam in naturam sit, dimoueri queat, aut summa cum difficultate mutari possit: quæ quidem hac ratione quispiam habitum iam nuncupauerit.

Patet autem, ea homines habitus dicere velle, quæ sunt diuturniora, neque dimoueri facile possunt eos enim, qui scientias non admodum tenent, sed eas amittere facile possunt, habitum habere non dicunt: ea licet scientiæ aliquo modo deterius meliusve dispositos videant. Itaque sic à dispositione habitus differt, ut illa facile dimoueri possit, habitus autem diuturnior sit: & cum difficultate moueatur.

Sunt autem habitus quidem dispositiones: dispositiones vero haud necessario habitus sunt. Qui namque habent habitus, ij aliquo modo etiam disponuntur: at qui disponuntur, ij non omnino & habitus habent.



Habitus ergo atque dispositio sunt qualitates, quae cum naturam & esse pertineant in priori loco, a nobis sunt explicandae. habitus quidem cum multis modis dicatur, quia ratione est actio media inter habens, & id quod habetur, quemadmodum est effectus inter id quod efficit, & quod efficitur, est octauum praedicamentum, de quo non est sermo in praesentiarum. Alio modo est qualitas qua bene aut male, secundum naturam quidpiam disponitur, diuque permanet, neque facile remouetur, quomodo iam est genus subalternum huius praedicamenti. dispositio autem ex Aristotele, vno modo est secundum ordinem, quem habent partes in loco, quo pacto est etiam summum genus septimi praedicamenti. solet alias accipi secundum ordinem partium in toto, sicque est in categoria quantitatis, cuius partes aliquando positionem hoc est dispositionem in toto habent. tertio vero solet dispositio usurpari in ordine ad formam, & esse, quo pacto res bene aut male se habet, ut sit, & possit operari sed tamen remouetur facile: & sic pertinet ad primam speciem qualitatis, quemadmodum Aristoteles testatur. Quod vero habitus & dispositio in hunc modum differant, probauit Aristoteles inductione, quia scientiae & virtutes etiam medio-riter adquirentur cum difficultate dimouentur, nisi magna mutatio, vel a morbo, vel a re quapiam simili fiat, quemadmodum refert Symplicius de quodam Palestino, atque de militibus Antonini Imperatoris Romanorum: caliditas vero & frigiditas, morbus & quae sunt his similia, facile dimouentur: nisi in naturam, quemadmodum in ethicis contingit vertantur. secundo id ipsum aut denuo probat, aut probatum confirmat ex communi colloquutione hominum, qui eos qui scientias facile amittere possunt dispositos esse, veruntamen habitum habere non dicunt.

Est

Est tamen controuersia in hoc loco, vtrum haec quae modo dicimus, habitus inquam atque dispositio differant forma atque specie, an vero alio modo. nam Symplicius inquit in hoc loco, habitus & dispositiones veluti duas species differentijs specificis distinctas intelligere non oportet, sicut homo, & bos distinguuntur, sed potius veluti nuper genitus distinguitur ab eo, qui iam floret matura etate. & paulo post inquit differunt quia alterum est longioris durationis, alterum vero minime, quemadmodum aedificatio recte, firmiterque aedificata distinguitur ab ea quae nuper est constructa & composita. idem in hoc eodem loco sentit Porphyrius atque Boetius, sicut haec Aristoteles qui habitum atque dispositionem vnam speciem vocauit. scientia praeterea eiusdem obiecti nondum medio-riter adquirentur est eiusdem rationis: cum illa quae circa idem obiectum, vel medio-riter, vel perfecte est comparata: haec est & est, & vocatur ab Aristotele habitus, illa vero non ita vocatur, quod aperte indicat habitum atque dispositionem non si parum formaliter. Tertio ex eodem Aristotele dispositio ob solam durabilitatem sit habitus, bene ergo illi senserunt qui sola durabilitate haec duo separarunt. Praeterea antea quam quis prompte, & cum delectatione operetur quid habebit, si se in rebus se exercuit in actionibus teperrantiae, dispositionem ne an habitum inchoatum, qui deinde debet perfici proculdubio habebit habitum, quia illud idem manet, cum iam prompte & cum delectatione operatur. accedit postremo facile atque difficile dimoueri non nasci ex essentia, sed ex solo subiecto, conuenireque ex accidenti his, quae in hac specie continentur, nam & opinio dicitur habitus, quae non difficile auferatur. contrarium tamen a lijs philosophi qui non sunt minoris fidei, tenuerunt, nam difficile dimoueri quemadmodum in secundo capite primi libri de posteriori resolutione Aristoteles docuit nascitur ex essentia ipsius scientiae, ait. n. quippe cum cum, qui simpliciter est

R 4

scien-

scientiam consequutus, nunquā ab ea persuasione vlla dimo-
 ueri oporteat, hoc idem virtuti quae efficit vt prompte & cū
 delectatione quis operetur, interne motiam aderit, maxime
 si ex natura sua & cum prudentia, & inter se omnes virtutes
 conecantur, nam sicuti sua natura vel assiduo vsu longaque
 exercitatione, aut demonstratione, eisdem fieri conuenit, ad
 eundem modum conuenit & remoueri cum difficultate, quin
 imo si Deus optimus maximus, alicui scientias infunderet, nō
 est dubium quin nulla persuasione ab eisdem, is posset auelli
 quemadmodum neque ille qui proprio labore atq; industria
 comparauit, quod in opinione non inuenietur, quamuis mul-
 tis rationibus, atq; diuturnitate tēporis sit firmata, est tamen
 animaduertendum vt argumentis quae alij fecerunt, satisfac-
 ciamus, duobus modis posse contingere, vt aliquid facile, aut
 difficile dimoueat, vno quidē modo ex natura sua, & inter-
 ne, alio autem ratione subiecti, & ex accidenti, hoc quidem
 modo fieri potest vt dispositio aliqua dimoueat cum diffi-
 cultate, sed non alio in scientia, verō, virtute, & arte contin-
 git cōtrariū, nam si is qui scientias comparauit debilis memo-
 ria fuerit, facile dimouetur habitus, qui alias natura sua erat
 difficile mobilis, sicuti ex Aristotele diximus, quia fuerat per
 demonstrationem generatus, vocat autem Aristo. vnam spe-
 ciem, habitum, atque dispositionem quemadmodum naturalē
 potentiam atque impotentiam, vocant alterum genus quali-
 tatis, quae specie inter se separantur, (vocantur enim haec in-
 terdum genera, & interdū species, quia sunt media & ex Por-
 Phyrio vtrāque appellationem habent,) Aristo. verō cum
 ex vulgi opinione, colloquutioneque omnium hominum habi-
 tum à dispositione differre probaret nihil mirum si ad id ostē-
 dendum eius differentia meminere, quae aliquando scientijs,
 atque virtutibus ex subiecto conuenit, veruntamen in li-
 bris de posteriori resolutione apertissime docuit, quomo-
 do

do se haberet illē qui demonstrationem habet, est nanque im-
 mutabilis, licet aliquando ratione subiecti accidat quod sciē-
 tia facile auferatur, quae sua natura est difficulter mobilis,
 quemadmodum paulo ante ex eodem Aristot. dicebamus, ne-
 que vñquam Aristo. desinet sciētiā vocare habitum, quod
 si aliquando dispositionem vocauit, factum fuit ea ratione,
 qua dispositio alio modo accepta de habitu & de disposi-
 tione prædicatur, alia vero omnia vñam eandem que difficul-
 tatem inuoluunt quomodo scientia, virtusque generentur, quo
 nomine debeat censeri, quod est factum, quando nondum ha-
 bet scientia atque virtutis rationem, neque nomen habitus,
 scientia quidem vñca duntaxat demonstratione potest ge-
 nerari, scit nanq; ille ex Aristote. qui demonstrationem ha-
 bet, quapropter in scientia huic dubitationi nullus relictus
 est locus, virtus autem longa consuetudine indiget, & multis
 actibus vt producat, iuste nanq; quis operatur esto virtu-
 tem iustitiæ nondum habeat, dicitur tñ disponi, aut exerce-
 ri ad virtutem, quandiu non prompte & cum dilectione ope-
 ratur, & deinde dispositionis natura mutata transit in habi-
 tum sicuti de ethica paulo ante dicebamus in hoc eodem ca-
 pite.



*Aliud autem qualitatis genus est,
 quo ad luctam aliquos, aut ad cur-
 sum, aut ad sanitatem, aut ad mor-
 bum aptos esse dicimus. Et simplici-
 ter ea, quae per potentiam naturalē
 impotentiamve dicuntur. Non enim quicquam ho-
 rum ex eo dicitur tale, quia aliquo disponitur mo-*

Nonum caput

do: sed quia naturalem potentiam habet, ut facile quippiam aut faciat, aut non patiatur. Ut ad pugilatum cursumve apti dicuntur ideo, non quasi rerum earum facultatem iam aliquam teneant, sed tantum quia naturalem, aut vim aut imbecillitate facile aliquid faciendi habent. sic apti sanitati, quia vim naturalem haud facile obnoxiam: morbidi contra, quia obnoxiam facile, seu quia vi non facile obnoxia careant, dicuntur. Eiusdem generis est & durum ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet ut non facile dividatur: molle autem ex eo, quia eiusdem habet impotentiam.

In hac specie aut genere medio (parum enim refert hoc aut illo modo appelletur) ponuntur omnes potentie atque facultates naturales, siue sint corporis, siue etiam anime, quibus aut animus, aut corpus, sunt apta, ut agant, aut patiantur, non autem potentia dicitur in presentia qua quid potest agere impotentia vero qua pati, aut vnius & alterius priuatio (priuationes nanque per se non ponuntur in categorijs, debent tamen reduci ad predicamenta in quibus ponuntur actus, aut habitus illarum) sed potentia dicitur quia in melius potest mutare, aut mutari. impotentia vero quia in deterius mutatur, est enim potentia ad sanitatem, impotentia vero qua quis facile in morbos prolabitur. priuationes preterea in subiecto apto impotentie vocantur, facultates vero que ad qui-

In predicam. Aristo.

134

quiruntur labore atque exercitatione non ponuntur inter potentias naturales, sed inter dispositiones, & habitus, licet soleant aliquando ab Aristote. atque ab alijs philosophis vocari potentie & facultates. vltimus etiam est considerandum aliquando de esse nomina, quibus possumus nominare huiusmodi qualitates, erunt tamen a nobis tum temporis instituta, aut circutione explicandum discernendumque quando sit a natura, quando vero ab arte, est. n. natura pugil, qui comodius pugilatiuus vocatur, est etiam & arte aut habitu que vfu & exercitatione comparauit.

Ertium qualitatis est genus, qualitates passiuæ ac passionis, quæ quidem talia sunt, ut dulcedo, a maritudo, & ea que sunt generis similis: caliditas preterea frigiditasque, & albedo, atque nigredo.

Has igitur qualitates quidem esse, perspicuum esse videtur. Ea namque que hac susceperunt, qualia sane dicuntur: ut mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem suscepit: & corpus etiam album, quia suscipit albedinem: similiter & in ceteris res se habere videtur.

Qualitates autem passiuæ dicuntur, non ideo quod ea que susceperunt, passiuæ aliquid sunt, neque enim mel ex eo, quia passiuum aliquid est, dulce dicitur: neque ceterorum

Nonum Caput

rorum talium quicquam: similiter & caliditas & frigiditas, non ex eo passiva qualitates dicuntur, quia ea quæ suscepterunt aliquid passiva sunt: sed quia quæque qualitas dicta, passionis in sensibus est efficax. Dulcedo namque passionem quandam ingustus facit, & caliditas in tactu, cæteræque simili modo. Albedo autem & nigredo, cæteri que colores, non eodem modo qualitates passivæ dicuntur, sed quia à passione sunt facta.

Nam quod per passionem mutationes complures colorum fiunt, certum est. Puduit enim quempiam, atque erubuit: & timuit quispiam, atque palluit. Quare si quispiam etiam natura talium passionum incursumve aliquid subiit, similem colorem verisimile est illum habere. Quæ namque nunc dum pudet dispositio circa corpus emerfit, eadem & in naturali constitutione dispositio fieri potest, ut & color natura similis fiat.

Quæcumque igitur affectionum talium initium ab aliquibus sumpserunt passionibus, quæ permanent, cum difficultateque dimouentur, passivæ qualitates dicuntur. Sive enim in naturali constitutione pallor aut nigredo sit orta, qualitas dicitur: nam circa eadem

dem quoque dicimur quales: sive ob diuturnum morbum, aut calorem hæc eadem acciderint, modo non facile dissolvantur, aut per vitam permanent, qualitates sane passivæ & ipsæ dicuntur, cum hisce similiter quales dicamur. Quæ vero ab hisce fiunt, quæ facile dissolvuntur, passionibus dicuntur, non qualitates: non enim per hæc quales dicuntur: neque enim erubescens ob verecundiam rubens: neque pallens ob timorem pallidus appellatur, sed aliquid passus potius dicitur esse: quare passionibus hæc res, & non qualitates dicuntur.

Similiter & in anima qualitates passivæ, passionibusque dicuntur. Quæ enim in generatione continuo à passionibus quibusdam ipsa quæ sine difficultate dimoueri non possunt, sunt orta, qualitates dicuntur, ut in sania, iracundia, & quæ sunt similis generis quales enim ob hæc ipsa dicuntur, ut iracundi, atque insani. Similiter & quæcumque mentis egressiones non naturales, sed à quibusdam alijs casibus facta sunt, quæ aut sine difficultate dimoueri non possunt, aut omnino immobiles sunt, qualitates iidem, & hæc dicuntur: quippe cum hisce quales dicantur. Quæ vero ab hisce fiunt, quæ facile dissolvuntur, atque expirant, passio

passiones dicuntur: veluti si turbatus quispiam, iracundior fuerit: non enim iracundus dicitur, qui tali in perturbatione iracundior est: sed potius aliquid passus dicitur esse: quare passiones talia non qualitates dicuntur.



Periamus prius quid sentiat Aristote. in hac parte, deinde tentabimus ea, quæ obijciuntur ab alijs explanare. sunt igitur in hac specie qualitates passivæ & passiones, vt dulcedo, amaritudo, caliditas, & frigiditas. probat ex diffinitione Ari. has esse qualitates, quia ea quæ hæc susceperunt dicuntur qualia: vt mel ex eo dicitur dulce, & corpus candidum quia illud dulcedinem, hoc verò candorem suscepit. Declarat de inde secundo differentiã qua & constituuntur, & inter se differunt ea quæ in hac specie collocantur, qua in re primo certissimum vti diximus est ea omnia quæ in hac specie ponuntur circa passionem versari. secundo passionem in sensu fieri, aut per passionem fieri, non esse differentias substantiales nam color & calor in hac tertia specie conveniunt, & utrumque est passibilis qualitas, quapropter non differunt in passibili qualitate esto calor passionem efficiat, & color per passionem producat, quemadmodum Aristote. probavit sumpto argumento a minori. nam si calor & pudor atq; alij colores huiusmodi passione fiunt, ergo & quando ex naturali constitutione oriuntur eodem modo se habent, ergo & alij colores eodem modo comparantur, alias enim essent in hoc genere plures species qualitaris quàm huiusmodi philosophi concesserunt. esset enim vna passibilis qualitas quæ passionem in sensu

su faceret, altera & quidem diversa specie, quæ per passionem comparatur, & alia passio quæ cito transit. secernit tamen Aristote. a passione passibiles qualitates, quod hæc sunt diuturniores, atque permanent: passiones vero cito transeunt. quæ omnia ad eundem modum per omnia eveniunt in passionibus animæ, & hæc de differentijs quibus constant & differunt essentialiter passiones, atque passibiles qualitates. deinde vt singula planius intelligamus erit considerandum, quod vno modo dicitur passio, qualitas qua fit vt quidpiam alteretur, vt album, nigrum, amarum, & hæc vocantur in hoc loco passibiles qualitates. alio modo dicitur passio, aut motio istarum qualitatum, quomodo iam pertinet ad aliud prædicamentum, tertio vero qualitas quæ cito transijt & est species quædam vt dixi distincta a passione primo modo & a passibili qualitate.

Hæc tamen quæ Aristote. docuit habent difficultatem, nam primo permanere, dimoueri que cum difficultate, quod sunt differentia habitus, fit modo differentia passibilis qualitaris secundo cum colores passionem sensibus ingerant, quia videre est quoddam pati, quæ est causa propter quam non vocantur passibiles qualitates, quemadmodum sapor, atque aliæ primæ qualitates, postremo qui poterit fieri vt passio sit qualitas, si ab eadem non dicuntur quales, respondemus primo argumento passitas fuisse eas affectiones loco differentiarum quas in passibilibus qualitatibus ignoramus. secundo nondum fuisse ab Aristotele diffinitum, an visio fieret emissionem, an vero intus sumptionem, hoc est patiando, aut agendo. quam rem in libris de anima disputabimus. vel respondemus aliter, calidum cum sentitur facere re vera calidum, quod non facit sonus, neque album, ille nanque quia impertunt quodammodo realem qualitatem passivæ vocantur, quod iste non faciunt. ad aliud

aliud de passione, quidam eam in alio predicamento ponunt quod mihi non fit probabile, nam calor ex verecundia non est passio quæ attineat ad aliud predicamentum, nam ab Aristotele ponitur in hoc loco, quia est quædam participatio qualitatis non tamen denominat quale propter breuissimum tempus, quo inheret, & quia cito transit. dicuntur tamen aliquid passi. nihilominus hoc non obstat quemadmodum cæset Scotus in hoc loco, in quæstione quarta, quo minus tempore, quo inest illa qualitas; quæ dicitur passio, ab ea dicantur quales & ob eam rem neque impediunt quo minus in hoc predicamento ponatur:



Quartum qualitatis genus est figura, & ea quæ circa unumquodque est forma, & insuper rectitudo & curuitas, & qui quid est, hinc ce simile: horum enim unoquoque quale quippiam dicitur. Ex eo namque quia triangulus, aut quadratum quippiam est, quale quid dicitur: & quia rectum identidem est, aut curuum, forma etiam quodque dicitur quale. Rarum autem & densum, & asperum atque lenè, quale quidem si significare quid videbuntur, à qualitatis tamen diuisione remota esse videntur: partium enim potius positionem videntur quandam significare. Etenim densum quidem ex eo quippiam est, qui partes ipsius sibi-

sibi ipsis propinqua sunt: rarum autem ex eo, quia à sese distant: lenè etiam est ex eo, quia rectè partes sunt: sitæ: asperum verò ex eo, quia quædam partium eminentes, quædam humiles sunt. Atque forsitan quidem & alius quispiam qualitatis modus videbitur esse: qui tamen maxime dici solent tot fere sunt. Ea igitur quæ diximus, sunt qualitates, ut patet.



Quartum genus est forma, & figura, hæc terminatur lineis, vel aliquo, quod habet proportionem linearum, quemadmodum triangulus, quadrangulus, & aliæ figuræ mathematicæ, illa verò est & fit arte ut domus quemadmodum diximus in enumeratione quatuor specierum qualitatis, nam forma hominis quia attinet ad eius esse naturale, est in prima specie qualitatis. est tamen dubitatio de raro, denso, aspero, leni, quæ dicit Aristoteles, in hoc loco si significare positionem partium, quod pertinet ad situm, aut quæritatem, quinimo hoc idem probat ex definitionibus quas habent, verum tamen in libro septimo de physica auscultatione in secundo capite hæc omnia numerat inter passiuas qualitates quinimo & huiusce etiam reddit causam quia his corpora sensibilia differunt, & separantur. Respondemus ut hæc duo loca Aristotelis componamus, hæc omnia si respectu partium considerentur non esse figuras sed positionem, aut in toto, aut in loco, quemadmodum Aristoteles asserit: verum tamen

quatenus aut faciunt passionem in sensu, aut passione comparantur sunt in tertia specie huius generis. & hoc suadet aperitissime ratio Aristote. in libro septimo de physica auscultatione. alij vero hec eadem ponunt in quarta specie qualitatis, quia inuoluunt quasdam figuras, licet imperfecte videantur, sed penuria nominum est in causa ut significemus vno duntaxat nomine res adeo inter se discrepantes, & quæ in diuersis generibus subalternis collocantur.



Qualia vero sunt ea, quæ denominatiue ab ipsis, aut aliquo modo dicuntur. In plerisque igitur, quin potius fere in omnibus, de nominatiue dicuntur, ut ab albedine albus, a musica musicus, & a iustitia dicitur iustus, & ceteris simili modo.

Sed in quibusdam ex eo, quia non sunt nomina qualitatibus posita, non fit ut ab ipsis denominatiue dicantur: ut aptus ad luctam, aut ad cursum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, à nulla qualitate dicitur denominatiue. Potentis enim hisce quibus hi quales dicuntur, non posita nomina, sicut artibus, quibus militares aut cursores ob dispositionem dicuntur, sunt. Militaris enim dicitur ars, & cursoria, atq; ab his y qui disponuntur, denominatiue dicuntur.

Intertium etiam est positum & qualitati nomen non

non tñ id quod ipsa quale dicitur, nomine illius denominatiue dicitur. A virtute namq; honestus quispiam dicitur, ex eo sane, quia virtutem habet, sed non de nominatiue dicitur à virtute. Nam tamen in multis id ipsum fit. Ea igitur qualia dicuntur quæ a diuersis qualitatibus denominatiue, aut aliquo alio modo dicuntur.



Amagit de quali propter causas quas reddidimus cum disputarem de inscriptione huius capituli res vero est aperta si ea quæ in denominatiuorum explicatione diximus memoria retineamus, quæ obrem ad alia gradum faciamus.



Aliqua contrarietas in qualitate esse videtur: iustitia namq; contrarius est iniustitia, & albedini nigredo, & cetera eodem modo. Ea etiam quæ ab ipsis qualia dicuntur, contraria esse videtur, ut iniustum iusto, & nigrum albo. Non tñ in omnibus hoc esse videtur: Flauo enim, aut fusco, aut talibus coloribus, quæ quidem sunt qualia: nihil est contrarium. Ad hæc, si contrariorum alterum qualitas est, & reliquum omnino qualitas erit. Hoc aut ita esse patet ex singulis predicamentis: nã si iustitia contrarius est iniustitia atq; iustitia qualitas est, est & iniustitia.

Nam ceterorum predicamentorum, neque quantum, neque ad aliquid, neque ubi, neque aliorum, quicquam omnino, nisi qualitas iniustitiæ accommodatur. Eadem & in ceteris, quæ sunt in qualitate, contrarijs dici possunt.



Conuenit primo qualitati ut in ea sit contrarium, quod inductione Aristote. manifestauit nam iustitia est iniustitiæ contraria, & albedo nigredini, iuxta quem modum se habet & plura alia, ad eundem modum hoc conuenit & quali, in ipso namque est etiam contrarium nam iniustum iusto, & nigrum albo est contrarium: non tamè omnibus ad est nam quartæ speciei nihil est contrarium, neque in medijs coloribus est propriè contrarium, nisi ratione extremorum quæ distant maxime. deinde quia sermo est de contrarijs docet contraria in eodem genere collocari, est enim iniustitia ubi est iustitia, & frigus ubi est calor, quod etiam & definitio contrariorum suadet, sunt enim contraria quæ sub eodem genere posita maxime distant, licet aliqua sint contraria quæ genere etiã separantur ut in prima philosophia docuit philosophus.

At verò qualia ipsa gradus suscipiunt, ac magis talia minusve dicuntur: album enim aliud alio magis minusve dicitur, & iustum alio magis minusve. Et ipsa etiam intensiorem suscipiunt: fit enim, ut album albius se euadat. Non tamen omnia sed plurima conditionem hanc subire videntur.

Nam

Nam, dubitauerit quispiam, si magis minusve iustitia dici possit, & de dispositionibus etiam ceteris simili modo. Sunt enim qui de talibus contendunt iustitiam, namque aut iustitia, aut sanitatem sanitate magis minusve dici debere, haud omnino dicunt. Sed aliud sanitatem, iustitiamve, aut grammaticè, aut id genus dispositionem, magis, aliud minus habere, concedunt admodum. Attamè ea quæ hisce qualia dicuntur, gradus sine cōtrouersia suscipiunt, magisq; talia atq; minus dicuntur. Iustior enim & sanior alius alio dicitur, & in cæteris simili modo.

Triangulus autem & quadratum, ceteraq; figuræ, non videntur talem conditionem subire: nam ea quidem quæ trianguli rationem circuliq; suscipiunt, trianguli similiter aut circuli sunt omnia. Eorū verò quæ rationem hanc non suscipiunt, nihil alio magis minusve tale dicitur: non enim quadratum magis q; altera ex parte longius, circulus est: quippe cum neutrum circuli subeat rationem, atq; simpliciter, si non subeant propositi rationem, alterum altero magis tale minusve minimè dicitur. Non ergo omnia qualia gradus suscipiunt, ut magis talia minusve dicantur.

Quia suscipiunt gradus quod inductione etiam, quod est manifestissimum argumentum probavit, nam album est alio magis, aut minus album, & albius albius se euadit. lege quae diximus in praedicamento substantiae in quo exposuimus quid esset necessarium ad hoc quod aliqua susciperent gradus. non tamen conuenit omnibus qualitatibus, nam triangulus, atq; aliae figurae non dicuntur magis aut minus, sed tamen antiqui philosophi dubitarunt, albedo ne an album susciperet gradus (propter quos ut diximus inscriptum est caput de qualitate & quali) aliqui enim dixerunt iustitiam atq; albedinem non suscipere gradus. utpote quod unaquaeque sit totum & habeat completam rationem, quorum meminit Arist. in hoc cap. *Nam dubitauerit quispiam.* &c. quod aptissima ratione probatur, nam debet natura sua fieri magis aut minus album per passionem, & in subiecto in quo recipitur, quod iam est perfecte quale, quare valeant illi qui contrarium opinantur, lege Symplicium qui multa congerit in hoc loco ad hanc rem explicandam.

Quorum igitur quae dicta sunt, neutrum proprium qualitatis esse videtur, similia autem dissimiliaque per qualitates solas dicuntur. Simile enim quippiam cuiuspiam nulla alia profecto ratione esse videtur, quam ea qua quale est. Quare proprium qualitatis erit hoc ipsa simile atque dissimile dici.

Maxime proprium est qualitatis & cuius similitudine solet transferri ad alia, ut secundum qualitatem similia atque dissimilia dicantur. habes in categoria eorum quae sunt ad aliquid quid faciat idem quid simile, & quid equale. Non



Non autem perturbari oportet si quispiam nos duxerit de qualitate tractantes complura eorum quae sunt ad aliquid cum qualitatibus ipsis enumerasse. habitus. n. & dispositiones ad aliquid esse dicimus. Etenim in omnibus fere talibus genera quidem ad aliquid esse dicuntur, singularium vero nihil. Scientia namque quae quidem est genus, hoc ipsum quod est alicuius dicitur esse: cuiusdam enim scientia dicitur: singularium vero scientiarum nulla id ipsum quod est alicuius dicitur esse: ut grammatica non dicitur alicuius grammatica, neque musica, cuiuspiam musica, nisi generis ratione ad aliquid & ipsa dicantur. Grammatica enim alicuius scientia dicitur, non alicuius grammatica. & musica cuiusdam scientia, non cuiuspiam musica. Quare singula non sunt, ut patet, ad aliquid: at quales singulis his dicimur: quippe cum & has ipsas habeamus. Sciētes. n. ex eo dicimur, quia singularum aliquas scientiarum habemus. Quare singulae erunt qualitates, quibus & quales quae eas habent, dicuntur. At haec non sunt ad aliquid, uti diximus. Praeterea si quid idem, et quale & ad aliquid sit, in utrisque ipsum generibus collocari enumerarique, haut absurdum erit.



ST tamen dubium in postrema parte huius capitis, an aliqua quæ hic ponuntur sint eorum quæ sunt ad aliquid, nam habitus, virtus, sanitas, morbus, imo virtutes omnes re vera debent poni inter ea quæ sunt ad aliquid, atque ad eundem modum philosophandum est de scientia, & de multis alijs, autor est Aristotel. quoties se offert sermo de hisce quæ sunt ad aliquid. sic docuit proximo superiori capite, & in septimo libro de auscultatione physica, in tertio capite. potest etiam & ratione probari, nam virtus sua natura est quedam mediocritas & sanitas *σωφροσύνη* hoc est commensuratio, morbus autem *ἀσθένεια*, idest incommensuratio, quæ re vera omnia sunt ad aliquid. ad eundem modum est sentiendum de potentia atque impotentia naturali quæ habent habitudinem ad suos actus vti in libris de anima explicatur. adhæc etiam & passibiles qualitates eodem pene modo se habent, sensibile enim quatenus passionem facit in sensu cum ijs est quæ secundum actiuum & passiuum sunt ad aliquid aut secundum mensuram & mensurabile, quapropter non sunt bene res vniuersæ distinctæ ab Aristotele & ordinatæ, quandoquidem plures absque vlllo discrimine in duobus generibus collocantur, in qualitate inquam & in hisce quæ sunt ad aliquid. veruntamen si ea quæ in superiori capite diximus, memoria teneamus deprehendemus primo Aristotelem eadem modestia, qua in eo loco prosequutus fuerat suum præceptorem, nunc etiam non plane respondere quaestioni propositæ. secundo vniuersa quæ in hoc genere posuit, non secundum esse, sed aliunde proculdubio esse ad aliquid, quod ex duobus deprehendimus, nam quidam eorum de quibus dubitamus secundum genus affirmat esse ad aliquid, quæ nos in superioribus non natura sua sed secundum dici

dici tantum ostendimus esse ad aliquid. virtus præterea, atque alia iuxta hunc eundem modum sunt ad aliquid, nã quantum ad nos sunt mediocritates, quemadmodum & Aristotele. in secundo libro ethicorum, atque ibidem eufratius, aut quisquis fuit ille interpretes Aristotele. in capite. sexto eiusdem libri testatur. eo nanque quod medium præfinit rationis quasi ab effectu mediocritates vocantur, ad eundem modum sentiendum est de sanitate vti peritissimi medicorum declararunt. Quamobrem ex hisce non poterit desumi argumentum, quo Aristotelem sibi esse contrarium offendamus, nam honesta de causa, aut ex aliorum sententia hæc facit ad aliquid, quæ secundum dici erunt duntaxat vti a nobis est declaratum.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words like 'S 5' and 'Quoad' are visible.]

Qualitas

| Quoad esse naturæ | Quoad principii operationis | Quoad terminum actionis. | Quoad esse ab arte & ex quantitate. |
|--|-----------------------------|---|--|
| Difficile mobilis. | Facile mobilis. | omne habitus acquisiti ad operandum, ad lucram, ad cursum, quæ etiã habent proprias differentias per ordinem ad proprios actus: & horum singularia. | omnes species morborum, tertiana & a morborum, quæ ad aliud esse dispositæ sunt, & dispositiones eas per ordinem ad propriam animæ, ut opium & humana fides. |
| Habitus. | Dispositio. | Actius. | Quoad principium operationis. |
| Habitus. | Dispositio. | Actius. | In mediocritate. In extremis. Virtus. Prudentia. Fortitudo. Temperantia. Imprudentia. In temperantia, & omnium uirtutum & uitiorum species quæ habent proprias differentias per ordinem ad proprios actus, & propria obiecta: quorum copiam ex libris ethicorum eccipe, & eorum omnium singularia. |
| Speculatiuus. | Practicus. | Actius. | Naturalis potentia. Naturalis inanimatorum. Naturalis inanimatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Actiuus. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Speculatiuus. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Scientia. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Grammatica. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Rhetorica. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Dialectica. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Arithmetica. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Geometria. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Astrologia. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Musica. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Perspectiua. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Philosophia naturalis. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Philosophia moralis. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Metaphysica. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Theologia. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Que habent proprias differentias per ordinem ad propria obiecta. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| & horum omnium singularia. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Practicus. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Ars. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Sutoria. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Statuaria. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |
| Equestris. | Practicus. | Actius. | Animatorum. Cognoscitiua. Appetitiua. Vegetatiua. Cognoscitiua. Sensitiua. Intellectiua. Sensitiua. |

| Intellectiua. | Quoad terminum actionis. | Quoad esse ab arte & ex quantitate. |
|--|--|--|
| Intellectus agens. & possibilis. | Permanens. Scito transiens. | Hic ponuntur omnes figura mathematicorum. circulus, triangulus, & horum singularia. Domus, nauis, lectica, calcæus, gladius, & omnes formæ ab arte, et earum singularia. |
| Appetitiua. | Permanens. Scito transiens. | Hic ponuntur omnes colores, albedo, nigredo, sapor, dulcedo, amaritudo, & obiecta aliorum sensuum quæ permanent, & alia qualitates quæ continentur in anima, ut insania, iracundia, & horum omnium singularia. |
| Rationalis. Irrationalis. Voluntas. Appetitus sensitiuus. & huius irascibilis & concupiscibilis. | Subpermanente ponuntur omnes colores, albedo, nigredo, sapor, dulcedo, amaritudo, & obiecta aliorum sensuum quæ permanent, & alia qualitates quæ continentur in anima, ut insania, iracundia, & horum omnium singularia. | Scito transiens. Rubedo ex nerecundia, pallor ex subitu metu ad frumenta ut gladius quatenus efficiunt, non quatenus habent talem formam animæ, ut scandescentia. |
| Vegetatiua. | Permanens. Scito transiens. | Naturalis impotentia. Hic ponitur molle, & impotentia quibus labimur in morbos & in deterius, & quibus facile res cedunt. |
| Nutriuiua. Augmentatiua. Generatiua. | Permanens. Scito transiens. | Naturalis impotentia. Hic ponitur molle, & impotentia quibus labimur in morbos & in deterius, & quibus facile res cedunt. |
| Inanimatorum. | Permanens. Scito transiens. | Naturalis impotentia. Hic ponitur molle, & impotentia quibus labimur in morbos & in deterius, & quibus facile res cedunt. |

In hoc eodem genere ponuntur qualia, quæ ab hisce qualitatibus denominatiue dicuntur, vt philosophus, studiosus, pugil, & qualitates etiam supernaturales: nam gratia est in prima specie, charitas, & character sacramentalis in secunda.

De Actione & Passione.

Suscipit & ipsum agere pativē contrarietatem. Calefacere namq; & frigefacere, & calefieri & voluptate ac dolore affici, contraria sunt: quare contrarietatem suscipiunt. Gradus quoq; suscipiunt, ut magis atq; minus dicantur. Fit enim ut magis quippiam minusve calefaciat, & itidem calefiat: & doleat magis minusve: quare agere pativē gradus suscipiunt, ut diximus. De his igitur tot à nobis sunt dicta. Dictum est autem & de situm esse, in hisce quæ diximus de ys quæ sunt ad aliquid denominatum ipsum à positionibus dici. De cæteris verò, ut de quando, de ubi, & de habere: quia sunt manifesta, nil aliud dicitur quàm ea quæ in principio diximus: habere quidem, indatum atq; armatum esse significare: ubi xero, in Lyceo esse, & cætera quæcunq; de ipsis sunt dicta. De generibus ergo propositis ea quæ sunt dicta sufficiunt.

Brenis

Brevis est disputatio apud Aristotelem de actione, & passione, cum quia illorum differentias, atque affectiones non cognoscimus, tum etiam quia copiosius de his erat agendum in tertio libro de physica auscultatione, & in libris de ortu, & interitu, atq; alijs locis vtriusque philosophiæ, tenent tamen inter sex alia prædicamenta priorem locum, quia fiunt in qualitate ut autor est Aristo. in libro septimo physici auscultationis. quod si ulterius quis rogat, cum hæc sint duo genera, quæ de causa simul tractentur ab Aristotele, res est facilis. factum namq; est propter ea quæ diximus paulo ante, & quia sunt simul, cum sint huius in hoc. habet tamen vtrunq; sua genera media, quæ disponemus, declaratis prius affectionibus quæ conveniunt actioni & passioni. primo ipsis convenit habere contrarium. Secundo suscipere magis, & minus, vtrunq; manifestat Aristo: inductione, nam calefacere & frigefacere, calefieri & frigefieri sunt contraria, calefit præterea vnum magis, aut minus quam alterum eodem modo erunt explicanda alia quatuor genera, nam quando est esse in tempore, ut esse hodie, heri, hac hora, hoc die & hoc anno, ubi autem est contineri in tali loco, quod solis corporibus convenit qualia sunt esse Roma, sursum, deorsum in foro, hæc quatuor ut exponantur indigent eis quæ Aristotel. docet in tertio, & quarto libro de physica auscultatione. positio vero est quidam partium situs, in toto, aut in ordine ad locum, nam caput ut supra humeros in toto, præterea Petrus quia partes habent quandam positionem in ordine ad locum recumbit, quando habet illam positionem. illa est in quantitate ut diximus, hæc vero est quoddam genus. nam radices arboris sunt sursum in toto, uti in secundo libro de celo docet Aristot. sunt autem deorsum in ordine ad locum. quid sit habitus dictum est a no

Bis

Decimum caput.

bis in categoria qualitatis, et enim quasi actio media inter id quod habet & id quod habetur, vt armatum esse, habere, velti tam, velti, hæc omnia neque habent cōtraria, neq; gradus suscipiunt, nam esse sursum, aut deorsum non sūt contraria sed relatiue opposita, ratione tamen formę & qualitatis naturalis sunt loca contraria, & etiā esse sursum, aut deorsum, est tamen dubium propter Scotum, in tertio libro sententiarum in prima distinctione, an hæc sint naturę absolutę, an vero sint relationes, res tamen est aperta in Aristotel. nam secundum dici, & non secundum esse, sunt relationes, quia ad vbi est motus qui non est ad relationem. præterea hæc summa genera sunt primo diuersa, quomodo ergo hæc sex genera possunt habere cōmune cū ijs, quę sunt ad aliqd quod totū suū esse, sit ad aliud esse, nequeunt tamen explicari absque habitudine aliqua & relatione. disputat deinde Aristo. de oppositis vt cognoscamus naturam contrariorum, & modum, quo ea quę sunt ad aliquid sunt opposita, quorum in superioribus fecit mentionem. hæc enim omnia quę sequuntur tradita fuerunt ad Aristo. propter ea quę docuit in tractatione prædicamentorum, quę omnia sunt aperta, neque alio indigent, quā vt mandentur memoria.

Actio.

Transiens.
Hic ponuntur actiones naturales & artificiales quę differunt penes terminos, calefactio, fufatio, exicatio, humectatio, dealbatio, saltatio, domesticatio, pulsatio citare, na-

uium constructio & alia, atq; horum omniū singularia.

Immanens.

Hic ponuntur intellectio, volitio, scisatio, visio, auditio, quę ratione sūt actiões. nā vt recipiuntur hæc oia sunt in prædicamentum passionis.

In Prædicamen. Aristote.

144

Has omnes decem generum dispositiones summa cura atque diligentia oportet animaduertamus, hinc enim sunt sumenda prædicata ad conficiendas enuntiationes, & syllogismos, hinc petenda genera atque differentię dignoscendę vt definitiones, demonstrationes quę faciamus. in alijs generibus exigua est prædicamentorum copia & vnius exempli appositione res vniuersa elucescit, vt federe recumbere declarant situm in foro in agro, Romę, in hoc anno, vbi, & quando, habere autem calceatum esse, atque armatum, quemadmodum & ipse Aristotel. dum hæc omnia vnico verbo ob has causas vel quia alibi de ijs erat agendum percurrit, nobis significauit.



De oppositis autem quot modis opponi soleant, deinceps dicendum esse videtur. Opposita nanque modis quatuor opponi dicuntur: aut ut ea quæ sunt ad aliquid, aut ut contraria, aut ut habitus & priuatio, aut ut affirmatio atque negatio. Atque; ut in summa dicam, duplum & dimidiū, ut ea quæ sunt ad aliquid: bonum & malum, uti contraria: cæcitas atque; visus ut habitus & priuatio: sedere & non sedere, ut affirmatio atque negatio; opponuntur.

Quæ igitur ut ea quæ sunt ad aliquid opponuntur, ea id quod sunt, oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: ut duplū dimidij, id quod est, alicuius dicitur duplū, & scientia scibili eodē opponitur modo, atque ipsa id quod est scibilis dicitur esse: & scibile etiā id quod est, ad oppositū ipsam inquā scientiam, dicitur: scibile nanque; aliquod, id scientia, dicitur scibile. Quæ igitur ut ea quæ sunt ad aliquid opponuntur, ipsa id quod sunt aliorum esse, aut aliquo alio modo vicissim dicuntur. Ea verò quæ ut contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc subeunt: neque; enim bonum mali dicitur bonum, sed contrarium: neque; album nigri dicitur album, sed contrarium: quare oppositiones hæc differunt.

Atqui contraria quidem quæ talia sunt, ut ipsorum alterum necessario rebus ipsis insit, in quibus aptū est fieri, aut de quibus prædicatur, ea nullum prorsus mediū habent: quorum autē alterum inesse non necesse est: inter hæc aliquid omnino mediū cadit: veluti sanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta sunt, atque; alterū insit animalis in corpore, sanitas inquā aut morbus, necesse est: & de numero par atque impar prædicatur, & alterū par aut impar insit numero necesse est, atque; nullum inter hæc, aut inter par & impar, aut inter sanitatem ac morbū, mediū cadit. At quorum alterū inesse necesse non est,

T horum

Liber prædicamentorum

horum medium est aliquid: vt album & nigrum in corpore aptum est fieri, & non necesse est in corpore alterum horum inesse: non enim omne aut album aut nigrum est. Vitiosum quoq; studiosumq; de homine quidem cæterisq; cõplurib⁹ prædicatur: at non necesse est alterum illis inesse, de quib⁹ hæc prædicari possunt: non enim omnia aut vitiosa sunt, aut studiosa: atq; est inter hoc medium sanè: fuscum quidem & flauum, cæteri q; tales colores, inter album & nigrum: id aut quod neque vitiosum est, neque studiosum, inter vitiosum ac studiosum. In quibusdam igitur media nomem habent: vt fuscum, pallidum rubrum, cæteri q; tales colores qui media sunt inter album & nigrum: in quibusdam verò nomine quidem non est facile medium assignare, vtriusque tamen extremorum negatione ipsum medium definitur: vt id quod neque bonum est neque malum, neque iustum, neque iniustum.

Priuationem autem atque habitum dicitur quidem circa quippiam idem. vt visus & cæcitas, circa oculum: vt simpliciter autem dicam, in quo solet habitus fieri, circa id vtrunque ipsorum dicitur. Atque priuatum esse dicimus vñ quodque eorum, que susceptiua sunt habitus. cum est habitus non quouis modo, sed in eo, vel in quo consuevit esse, vel quãdo illud consuevit ipsum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus quia dentes non habet: & cæcū itidē non ex eo quia visum nō habet, sed quia nō habet cū est apt⁹ habere: sunt. n. quæ orta nōtinuò visum dentesque habent: at non edentula aut cæca dicuntur. Priuatum autem esse, habitumque habere non est priuatio atque habitus: nam visus quidem est habitus: cæcitas verò priuatio. Atque habere visum non est visus, neque cæcum esse cæcitas est: etenim cæcitas est priuatio quædam: cæcum autem esse, est priuatum esse, & non priuatio. Præterea si cæcitas idem esset ac cæcum esse, vtraque profectò de eodem prædicarentur: at homo dicitur quidem cæcus, cæcitas autē

De oppositis. Caput X. 146

autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamen, priuatum inquam esse habitumq; habere, perinde vt priuatio atque habitus opponi videntur: modus. n. oppositionis idem est. Nam vt cæcitas & visus, sic & cæcum esse ac habere habitum opponuntur.

At enim neque etiam id quod sub affirmatione negatione q; est affirmatio est atque negatio. Affirmationem nãque negationemq; orationem esse cõstat: alteram affirmatiuam, alteram negatiuam: at nihil eorum quæ sub affirmationem negationemve cadunt, oratio est vt patet. Dicuntur tamen & hæc ipsa perinde opponi, atque affirmatio negatioque opponuntur: & in his enim idem oppositionis est modus. Nam vt affirmatio, veluti sedet, negationi, ceu non sedet, opponitur: sic & res quæ sub vtrunque cadunt, sedere inquam & non sedere sibi mutuò aduersantur.

At verò priuationem ac habitum non esse opposita sic, vt ea quæ sunt ad aliquid patet: non enim ipsum id quod est, oppositi dicitur esse: visus enim non est cæcitas visus, neque vñ lo alio ad illam dicitur modo: similiter neque cæcitas visus cæcitas diceretur: sed cæcitas ipsa, priuatio quidem dicitur visus: cæcitas autem visus non dicitur, neque visus dicitur cæcitas. Præterea vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea sanè dicuntur, quæ conuertuntur: quare si cæcitas ex ijs esset quæ sunt ad aliquid, & illud ad quod ipsa dicitur, profectò conuerteretur: at non conuertitur: nō enim visus cæcitatis dicitur visus.

Atqui neque perinde atque contraria priuationem ac habitum oppositionem subire, ex eo perspicuum fore videtur, quòd contrariorum quæ medio vacant, alterū in his quibus apta sunt esse, aut de quibus prædicatur, inesse sepe necesse est: inter. n. ea mediū nullū cadere dixim⁹ quorū alterū in-

se susceptiuo necesse est: vt in sanitate ac morbo, in pari ac impari, intueri licet. Quorū autē est aliquid mediū, nūquam horum alterum omni inest necessariō. Neq; enim album aut nigrum, neque calidum, aut frigidum esse, omne quod horum susceptiuum sit, necesse est: nam vt inter hæc mediū aliquid cadat, nihil sanè prohibere videtur, & insuper ea diximus medium habere quorum alterum non necesse est esse in susceptiuo, nisi in hisce in quibus vnum inest natura: vt igni caliditas inest, & niui albedo. In his enim alterum definitè, non vtrunuis susceptiuo inesse necesse est. Non enim aut ignē frigidum, aut niuem esse nigrā cōtingit. Itaque nō omni susceptiuo inesse alterū cōtingit, sed illis tātū quibus vnum natura inest, atque vnū definitè, non vtrunuis. In priuatione autem atque habitu neutrum dictorum est verum neq; enim alterum ipforum semper inesse necesse est: quod enim modum aptum est visum habere, id neque cæcum dicitur, neque visum habere. quare nō ex iis erūt contrarijs, quæ medijs vacant: sed nec ex iis, quæ medium habēt. quoniā omni susceptiuo, ipforū alterū insit necesse est: cū enim est aptū visum habere, tūc aut cecū aut visum habere dicitur: atq; horū alterum non definitè sanè, sed vtrunuis sine discrimine vllō dicitur: at in hisce contrarijs quæ medio non vacant, nūquam fit vt alterum insit omni, sed quibusdam: atque hisce alterū definitè & nō vtrūuis. Quare patet, neutro modo priuationē & habitū, perinde atq; cōtraria oppositionē subire.

Pætereā inter contraria quidem, sit modò quod ipsa recipere possit, fieri commutatio potest, nisi vnum ipforum natura cuipiam, vt igni caliditas. Potest enim sanum ægrotationem subire, & frigidum calidum, & album effici nigrū, ex studioso quoque: vitiosus, & è vitioso studiosus euadere potest. Vitiosus em̄ si moribus præstabilioribus præceptisque instituat, aliquid saltem in probitate incrementi suscipiet. Quòd si parum licet incrementi semel suscepit, patet aut penitus illum

illum mutari, aut ingentia incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis ad consequendam ipsam vitutē sumpto paruo, etiam incremento fit: quare ver simile est, m̄iōra quoque illum, incrementa suscipere: quòd quidem si semper ita fiat, in contrarium penitus habitum deducetur, nisi tempore fortasse, excludatur. In habitu verò: priuatione ve fieri nō potest, vt cōmutatio vnquam efficiatur: ex habitu nanque quanquam ad priuationem mutatio fit, ad habitum certè ex priuatione fieri nequit: non enim quisquam cæcus factus visum vnquam recuperauit, neque calidus factus comam, neque edentulus vllus dentes emisit.

Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioque opponuntur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, semper alterum verum alterum falsum vt sit. Sanitas enim ac morbus contraria sunt, & neutrum ipforum verū est aut falsum: similiter & duplum & dimidium relatiuè quidem opponuntur, neutrum tamen verum est aut falsum: cæcitas etiam atq; visus, habitus quidem & priuatio sunt, vt patet: ac neutrum verum est, aut falsum. Omnino autem nihil eorū, quæ nulla cum complexione dicuntur, verum est aut falsum.

At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Et quidem id ipsum in hisce contrarijs maxime accidere videbitur, quæ cum complexione dicuntur: valere enim Socratem, & ægrotare Socratem, contraria sunt. At neque in hisce necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse: nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si vero non existat, ambo falsa erunt, vt patet. Si enim Socrates omnino non sit, neutrum erit verum, neque ægrotare ipsum, neq; valere. In priuatione quoque ac habitu si Socrates omnino non sit, neutrum verum erit: sin sit, non semper verum erit verum, alterum falsum. Visum enim habere Socra-

tem, & cæcum Socratem esse, vt habitus atque priuatio opponuntur, & si sit Socrates, non necesse est alterum verum, alterum falsum esse. Quo enim tempore nondum est aptus habere, vtrunque est falsum. Sin omnino non sit, falsum etiam erit vtrunque, & visum ipsum habere, & cæcum esse. In affirmatiõe verò negatione vs, semp siue sit siue nõ sit, alterũ erit falsum, alterum verum. Horum enim, ægrotare inquam Socratem, & non ægrotare Socratem, siue sit siue non sit Socrates, alterum verum, alterum falsum esse patet. Si enim non sit ægrotare illum est falsum, non ægrotare, verum: quare hisce solis hoc competit, alterum inquam ipsorum verum esse, alterum falsum, quæ vt affirmatiõ atq; negatiõ opponuntur.

At verò malum quidem bono necessariò contrarium est: quod quidem esse, patet inductiõne. Morbus enim sanitati, & iniustitiæ iniustitiæ, & fortitudini timiditas aduersatur, & in cæteris simili modo. At malo interdũ bonum, interdum malum contrarium est: defectui enim, qui quidem est malũ, exuperatio, quæ quidem & ipsa malum est, contrarium est: similiter & mediocritas, quæ quidem est bonum, vtrique aduersatur, vt patet. In paucis tamen id ipsum esse videtur, sed in plurimis malo bonum semper contrarium est. Præterea non necessarium est, si contrarium alterum sit, & reliquum esse. Nã si omnes sint sani, sanitas quidem erit, morbus vero non erit: similiter si sint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo vero non erit. Præterea si Socratem valere contrariũ est huic, Socratem ægrotare (fieri verò non potest vt ambo simul eidẽ insint) impossibile est si contrarium alterum sit, & reliquum etiam esse. Nam si stat valere Socratem, ægrotare Socratem stare non potest. Patet etiam, & circa idẽ aut specie aut genere contraria fieri solere, vt morbum quidem & sanitatem in animalis corpore, albedinem autem & nigredinem in corpore absolutè, iustitiã verò & iniustitiã in hominis anima.

Con

Contraria insuper omnia, aut eodẽ in genere, aut cõtrarijs in generib⁹ esse, aut ipsa gña esse necesse est: nã albũ qdẽ et nigrũ eodẽ in genere sunt: color. n. ipsorũ est gen⁹: iustitiã verò ac iniustitiã, sub generib⁹ contrarijs collocantur: alterius. n. virtus, alterius vitium est genus, vt patet, at bonũ & malum nõ sunt in genere, sed aliquorum ipsa genera sunt.

De modis prioris. Cap. XI.



Rius quipiã alio quatuor dicitur modis. Primo quidẽ & ppiissimè tẽpore, quo pacto quippiã antiquius aliquo & vetustius dici solet: quia nã que plus est tẽporis, ideo antiquius atque vetustius dicitur. Secũdo verò id quod non cõuertitur essendi consequentia: quo pacto vnũ dupbus est prius: nã si sint duo, & vnũ cõtinuò sequitur esse: at si vnũ sit, non necessariò sequitur duo esse. quare hoc posito, nõ conuertitur consequentia, vn illud sit. Prius autem id esse videtur quod essendi consequentia non conuertitur. Tertio modo, ordine quodã dicitur pri⁹, vt in sciẽtijs, atq; orationib⁹ intueri licet. In demonstratiuis em̃ sciẽtijs, prius est nimirũ atq; posteri⁹ ordine: elemẽta nanq; designationib⁹ ordine priora sunt, quippe cũ principia priora sint ordine cõclusionib⁹ cõtẽplãdis: & in grãmatica syllabis priora sunt elemẽta, en oratiõib⁹ etiã exordiũ simili modo narrationem ordine antecedit. Præterea id qd̃ est præstabili⁹ honorabilius vt pri⁹ natura esse videtur. Vulgus etiã eos qui sunt honorabiliores, quoque magis amant, vocare priores cõsueuerit: quãquã hic modus penè omniũ alienissim⁹ esse videtur. Tot igitur ferè sunt modi prioris, qui dici solẽt. Videbitur aut̃ & ultra iã dictos, alius quidã esse prioris modus: eorũ. n. q; essendi cõsequentia cõuertitur, alterũ qd̃ est causa, quouis modo vt vterũ sit, pri⁹ natura

T 4 non

Liber prædicamentorum

non in cōgruē dici potest: atq; esse quēdā talia, patet. Esse. n. hominē, ad orationē de ipso verā, efficiēdi cōsequentia sanē cōuertitur: nā si sit homo, verā est ea oratio, qua hō dicitur esse: & econtrā hō pfectō est si verā est ea oratio qua hominē dicim⁹ esse. Atq; oratio quidem verā, vt res sit nullo pacto est causa: res tñ aliq̄ ex parte vt sit oratio verā, causa esse videtur. Ex eo nāq; quia res est, aut nō est, oratio vera dicitur aut falsa: quare fit vt quinque modis ipsum prius dicatur vt patet.

De modis simul. Cap. Xij.

Simul autē ea simpliciter, pprisimeq; dicuntur quorū generatio est tēpore in eodē: neutrum. n. ipsorū prius, aut posterius est. Atq; hæc tēpore simul dicuntur: natura verò ea dicuntur simul, quæ efficiēdi quidē consequentia cū conuertatur, neutrum tamē vt sit alterū causa est: vt in duplo dimidiūq; intueri licet: hæc enim conuertuntur. Nā si duplū est, dimidiū est: & si dimidiū est, duplū est: neutrum est causa vt alterum sit. Ea p̄terea q̄ eiusdem generis diuisione sibi opponuntur, simul esse dicuntur natura. Dicuntur autē eiusdem generis diuisione opposita sibi, quæ in eadē sunt diuisione: qualia sunt, volatile, gressibile, atque in aquis degens: hæc enim sub eodem genere contra se sunt diuisa: quippe cum animal in hæc, vt patet, distribuatur, nihilq; horū aut posterius aut prius sit, sed natura talia simul esse videatur. Dimidiū etiā vnunquodque talium in species rursus pōt, vt volatile, terrestre a quaticum: quæ quidem & ipsa simul natura erunt: quæ sub eodem genere collocata, in eadē sunt diuisione. Genus tantum specie prius est semper: non enim in consequentia fit ab illo conuerso. Nam si volatile

de modis prio. & simul. c. X. & XII. 149

tile est, animal est: at si animal est, nō necesse est volatile esse: simul igitur dicuntur natura, ea quæ in efficiēdi quidem consequentia conuertuntur: nullo tantum pacto alterum causa est vt alterum sit: & ea quæ sub eodem ḡne collocata, contra sese sunt diuisa. Absolutē autem simul sunt ea quorum generatio eodem in tempore est, vt prius est dictum.

De speciebus motus. Cap. xij.

Motus species sunt sex: generatio, corruptio: accretio: decretio: alteratio, & ea mutatio q̄ loco accommodatur. Atq; cæteri quidē motus, vt patet, diuersi sunt: nō enim corruptio est generatio, neq; accretio est decretio: neque ea mutatio, q̄ loco accommodatur: cæteri q; motus similiter: de alteratione verò dubitatio quēdam existit, nē forsitam necessarium sit id quod alteratur, aliquo reliquorum motuum alterari. Hoc autē verū non est. Ferē. n. omnibus in passionibus, aut plurimis, nos accidit alterari, nullo notū cæterorū cōmunicante: neq; .n. incremēta, neque decremēta suscipere necesse est, id quod passione mouetur. Et simili in cæteris mō: quare alteratio diuersus est à cæteris motus: nā si esset idē, cōtinuo id quod alteratur, crescere, aut decrecere, aut aliquo alio moueri cæterorū motū oporteret: at nō est pfecto necessariū. Similiter & id quod augetur, aut aliquo alio motu mouetur, alterari oportet: at sunt quādam q̄ augetur, non alteratur autem. Quadratū. n. gnomone circumposito creuit quidē, at non est alteratum. Si militer et in cæteris rebus huiuscemodi fit. Quare diuersi sunt hi motus omnes, vt diximus. Simpliciter aut mot⁹ quidē contrarius quieti est, singulis autē singuli aduersantur, generatio ni quidē corruptio, accretioni verò decretio, & mutationi

Liber de prædicamentorum.

accómodare loco quies in loco: & maxime vt videtur ea mutatio, q̄ cóntrariū ad locū itur, vt ei motui quo sursum itur is motus quo deorsum itur et eóuerso opponitur. At reliqua assignatorum motuū quidnā cóntrariū sit, non est facile assignare: nihil aut ipsi cóntrariū esse videtur, nisi quispiā & in hoc quietē in q̄litate dicat opponi ei mutationi q̄ ad q̄litate est: mutationēq; eā q̄ est ad q̄litate cóntrariā p̄inde atq; in mutatione loco accómodata: quietē in loco, & mutationē q̄ ad cóntrariū locū itur, cóntraria dixim⁹ esse alterationē nāq; mutationē esse in q̄litate constat: q̄re motui in q̄litate, quies in q̄litate opponitur, aut ea mutatio qua ad q̄litate cóntrariā itur. quo pacto albu q̄ppia fieri, et nigrū q̄ppia fieri, inter se opponūtur. Alterātur: n. hæc, atq; in q̄litate cóntrarios terminos mutatio fit.

de modis habere. Cap. XIII.

Habere plurib⁹ modis, aut vt habitū dispositionēq;, vel aliquā aliā q̄litate dicitur: scientiā .n. habere aliquā dicimur, & virtutem: aut vt q̄tū velut eā quā quispiā magnitudinē habet: nam cubitorū triū vel quatuor habere magnitudinē dicitur: aut vt ea quæ circa corpus ponuntur: vt vestē, tunicam, & gladiū, & similia: aut in parte, velut in manu anulū: aut in partē, vt manum vel pedem: aut in vase, vt modium habere triticum dicimus, aut dolium vinum: hæc nanque habere vt in vase dicuntur: aut possessionem, habere enim dicimur domum, fundumve. Dicitur & vir uxorem, & vxor virum habere: qui quidem remotissimus omnium habendi modus esse videtur: nihil enim aliud dicendo virum habere vxorē significamus, quam virum vnā cum vxore habitare. Forsitam & alij quidam habendi modi esse videbuntur, sed qui dici solent, omnes fere sunt nunc à nobis enumerati.

Fue conferido este libro con el original por do se mãdo imprimir, y esta fielmente impresso cõ las emiendas siguientes.

Folio 1. pa. 1. li. 21. pro sunt, lege sum, fo. 8. p. 2. l. 23. pro enim lege nam, f. 9. 7. 1. li. 4. pro hippocentaurus, lege hippocentaurus. & li. 21. pro diuersa lege diuersa, f. 10. p. 1. li. 15. pro corporum lege corporeum, fo. 11. p. 1. l. 14. pro licet, lege licet, fo. 14. p. 1. li. 4. pro cumunionem, lege communionem, 19. p. 1. li. 4. aufer, a, li. 14. pro illu, lege illud, li. 27. pro positutum lege positum, & p. 2. f. 3. pro resplutione, lege resolutione, f. 22. p. 1. li. 17. pro pars lege pars, fo. 24. p. 1. li. 1. lege prædicatum, f. 30. p. 2. l. 3. pro possunt lege possunt, fo. 36. p. 1. l. 4. pro hic lege his, li. ult. pro illis lege illic, fo. 38. p. 1. l. penult. pro aud lege aut, fo. 44. p. 2. l. 5. pro differunt lege differunt, l. 15. pro deuidere lege diuidere, f. 46. p. 1. li. 9. aufer parēthesim, fo. 51. p. 1. li. 6. p̄possint, lege possint, li. 25. lege de differrentibus, f. 60. p. 2. li. 16. pro declarauimus lege declarabimus, f. 61. pa. 2. li. 27. pro Boetius lege Boethus, f. 63. p. 2. l. 6. pro ingenus lege ingens, fo. 64. p. 2. li. 2. lege antea, f. 65. p. 2. li. 12. pro modos lege nodos, l. 16. pro ab lege ob, f. 66. pa. 2. li. 25. pro sine lege siue, fo. 67. p. 1. li. 8. aufer ter, fo. 69. pa. 1. lin. 18. pro conceptus, lege conceptus, fo. 73. p. 1. l. 2. pro omni lege omnino, fo. 74. p. 2. l. 9. pro eadem, lege easdem, li. 11. pro eosdem lege easdem, f. 65. p. 1. l. 9. pro oratione, lege aratione, f. 76. p. 1. lin. 10. pro alias lege alia, lin. 22. per non, lege ergo, fo. 77. p. 1. li. 11. pro sic lege sit, fo. 80. p. 2. li. 25. pro ipsa lege in ipsa, f. 81. p. 2. l. 1. post tractatus apponito punctū. quod est post uerbum diximus, fo. 82. p. 1. li. pro quo lege quod, f. 87. p. 2. l. 18. pro uocari lege dexari, f. 90. p. 2. li. 9. pro cóntrariū lege contrarium, fo. 91. p. 2. l. 17. pro omina lege omnia, f. 99. pa. 2. li. 2. post habet ponito comam, f. 102. p. 2. deme in, f. 106. p. 1. li. 1. lege minor, fo. 110. pa. 2. li. 13. pro at lege am, fo. 111. p. 2. l. 7. pro aut lege ut, fo. 116. p. 2. li. 10. pro, unatatis lege unitatis, fo. 121. p. 2. li. 28. pro liceat lege licet, fo. 123. pa. 2. lin. ult. pro sint, lege sit, fo. 124. pa. 1. li. 13. pro buos lege quos, fo. 129. p. 1. li. 8. pro pertinet lege pertinent, p. 2. li. 24. pro ordinatu lege ordinatur, fo. 143. pa. 2. l. 19. pro ad lege ab, fo. 81. pa. 2. li. 26. lege κατααρετου εναντις, fo. 118. pro εναντιον lege εναντιον

Fecha en Madrid a 22. de Março de 1566. Años

El licenciado Luys Hurtado.